intereſſe iſte qui agebat de falſo ſcilicet ne per falſas literas fati-
garetur. ita peccatū eſſet celare veritatem. xj. q. iij. quiſquis me-
tu. Sed nōne dices idem ſi in modū exceptionis obijceret falſita
tis crimē teſtibus. rñ. ſi velit ꝓbare poſt ſniam eos corruptos fal
ſa dixiſſe cogendi ſunt qꝛ peccarēt mortaliter ſi veritatē tacerent
cū ex illa ſnīa aliquis damnaret̃ iniuſte ad hoc. ē. de proba. licet.
ſecus autē ſi nō dicat eos falſum dixiſſe: ſed crimino ſos. hoc enī
nō credimus cogēdos qꝛ in nulli⁹ preiudiciū tacetur veritas: ſed
tātū eis pena imponeret̃ ſi crimina ꝓbarent̃. vel dic qꝺ plus pla
cet qꝺ vbicūqȝ ex probatione criminis quis cōſecutur⁹ eſt ſenten
tiam lucroſam vel vitaturus dānoſam ſemꝑ cogēdi ſunt teſtes: qꝛ

tūc peccatū eſſet ī alteri⁹ p̄iudiciū tacere veritatē.vt ſepe dictū ē.

Dilectorū filiorū (criminibus) ſi criminaliter agit̄ quidā dicūt idē ſi ciuiliter.hic.Nā hoc dicunt agi ciuiliter.eius qđ hic dicit̄ qm̄ p procuratores agebāt ſꝫ p hoc nō probat̄.cū multe criminales cauſe per procuratorē agantur.ff. an per alium cau.app.l.j.vel procurator ad certū articulum in medio accuſatiōis cōſtitutus fuit.de hoc no.ſ.eo.c.j.ⁿ.ſ.c.pri.vel erat tantū procurator ad impetrādas literas de quibus hic agit̄.

Venerabilis frater. N. (Suppbis) ſcilicet ſuper cōniuratione facta ⁊ iuramento preſtito de occultanda coniuratione predicta.(Abſoluant) qđ ſi non fecerint:quia ſunt abſentes vel pertinaces tu facias.

De fide inſtrumentorum. Rubrica.

1 Autētica ſcriptura que dicat̄.⁊ que dicat̄ publicata habes in numero.2.que autem priuata.in numero.3.
4 Quot requirant̄ teſtes ad probā.ſcripturā per cōparationem.
5 An ſit credēdū iudici dicēti ſe talē dediſſe ſniam ſi eā nō oſtēdit.
6 In litera contineri debet tempus rogati inſtrumenti.
7 Notarius debet in inſtrumento apponere quod fuerit rogatus.
8 Non debet notarius cum rogatur ſecreto manere.
9 Priuate ſcripture ſtabitur.ſi contra eum qui eam fecit introducitur nec ipſe neget.
10 Credit̄ literis cuiuſlibet de his que facere debet vel poteſt ratione officij.

1 **Si ſcripturam.** († Autēticā) autētica ſcriptura eſt que ſit iudicio autoritate per quoſcūqꝫ vt acta iudiciorū.ſ.de proba.qm̄ vt quidā dicūt. Alij tn̄ in cōtrariū vel que ſit per publicā perſonā ⁊ ſine autoritate iudicio cū ſubſcriptione duorū vel triū teſtiū.in aut̄.de inſtru.cau.§.ſꝫ inſtrumēta.⁊.C.de tabellio.l.iij.lib.x.C.de dona.in donationibus.ſ.de teſti.cū a nobis.Vel que autenticū ſigillū habet cū totidē ſubſcriptionib⁹. ſ.de procu.c.j.ſ.c.pri.ſ.de teſti.cū a nobis niſi in leuib⁹.vbi credit̄ etiā ſine ſubſcriptione teſtiū cū nō ſint multū preiudicialia: qualia ſunt.xj.q.iij.cure.xcviij.diſtin.c.j.ij.⁊.in.lxxiij.diſt.per totū.⁊.lxxiij.diſt.per totū.arg.xvij.diſt.nobiliſſimus. Item nō eſt neceſſaria ſubſcriptio teſtiū in inſtrumento priuato qđ quis de facto ſuo facit.ff.de procurato.ſi procurator dñm cōſtet ſuā eſſe ſcripturam.C.de non nu.pe.qui fidem.⁊ aut̄.contra qui propriam.

a Item etiam ᵃvbi conſuetudo eſt quod ſine ſubſcriptione teſtium credatur.ſ.eo.cum dilectus.Quidam etiā dicūt autēticam quam facit priuatus cum ſubſcriptiōe teſtiū.C.qui po.in pig.habe.ſcripturas.in aut̄.de inſtru.cau.§.ſi tn̄ quiſqꝫ.ſed veri⁹

2 eſt qđ priuata eſt. Item publicam ſcripturam appello generaliter omnem ſcripturam cui creditur ſine alio adminiculo de iure vel conſuetudine ſpeciali.ſ.eo.cum dilectus.ſi autem eſſet ſpecialis conſuetudo preter ſcripturas tabellionum ⁊ acta iudiciorū omnes ſcripturas repu.o priuatas.cum ad hoc officium nō ſpecialiter ſint deputate perſone per quas facte ſunt.⁊ appello publicam ſcripturā que ſine adminiculo viue vocis alicuius notarij q forte mortuus eſt.vel teſtiū qui ſimiliter mortui ſunt autoritatem habet.in aut̄.de fide inſtru.§ ſed ⁊ ſi.⁊.§.ſi vero.coll.vj. oportet tn̄ ſi neget̄ illum qui inſtrumētum cōfecit fuiſſe notariū qđ conſtet eum fuiſſe notariū per teſtes vel p publicū inſtrumētū.crederē autem ꝙ ſufficeret ſi per teſtes probaretur quod publice officio notarij fungebat̄.ff.ad macedo.l.iij.in prin.ff.de offic.

b prefi.l.barbarius.C.de teſt.l.j. Idem forte ᵇ ⁊ ſi appareāt inſtrumēta p eos facta inter multos ſup cōtractib⁹ legitimis q̄ firma maneāt ⁊ ſine cōtradictiōe:nec credūt aliqui in hoc caſu ſufficere duo inſtrumēta.imo tot qđ hū appareat eū cōe officiū pro

3 oībus gerere. † Priuatā aūt dicim⁹ que ſit a nō publicis pſonis ⁊ nō habet p ſe autoritatē niſi aduerſari⁹ hoc cōfiteat̄ vł niſi p collationē alteri⁹ ſcripture ſubſcriptiōis eiuſdēꝫ aduerſarij ⁊

4 teſtiū qui ſubſcripſerūt probet̄ cōtrariū.C.de proba.inſtrm. † Ad hoc aūt vt valeat p cōparationē probari inſtrm oportet in illa ſcriptura in qua ſit comparatio quatuor teſtes eſſe ſubſcriptos aut̄.de fide inſtru.§.ſi quis igit̄. Idē dicim⁹ qđ ſi ſubſcribant̄ teſtes in inſtrō vel literis epōrum vel non ſubſcribant̄. † Itē qđ credat̄ literis abbatū vel archidiacono.vel aliorū prelatorū de his que ſiunt extra iudiciū.⁊ quantum credat̄ eis.ſ.vſqꝫ ad quā ſummam ⁊ inter quas gentes totū relinquit̄ conſuetudini ⁊ cōſuetudo talis ſcripturas publicas facit.ar.ſ.e.cum dilectus.ar. C.de emā.l.j.ix.q.iij.conqueſtus. Sed obijcies nonne ius ſtatuit credendum literis epiſcoporū.xj.q.iij.cure.ſ.de proba.poſt

5 ceſſionem.⁊.ſ.de treuga ⁊ pa.c.j. † Sed pōt dici in excōicatione ſpāle propter periculū participatiōis.ſ.de rap.c.j.alſ autē cōſtat ꝙ ſi epūs vel alius dicit talem ſniam dedi.vel ſic citaui non

a Item etiam. Add Car.l cō ſi.lxxiij.incipiēte.puto d iure ⁊ qđ cōſuetudine induci poſſit ꝙ ſcriptura priuata probet. adde Alex. de Imo.in conſi. liij.col.j.verſi. ortamē in primo.vol.Et qđ cōſuetudo loci facit priuatam ſcripturā publicā adde eūdē Cardi.l cōſi.lxxiiij.l.c.l.in diſcuſſiōe premiſſi.col.ſi.

b Idem forte ⁊c. Adde ꝙ cōmunis opi.in hoc eſt contra Innoc.vt atteſtat̄ Alexā. de imo.in cōſi.cxxviij.col.pe.verſi. ad notata in primo volu.

c Se rogatū. Adde Spe.in tit.d ſi.inſtru. §.breuiter.v. ⁊ no.⁊ ibi Io. an.bar.⁊ Abb.o dec.in.l.ſciendū.ff.de v.ob. ⁊ Alex.d imo. in cōſi.cliij.col. ij.verſi.nō obſtat in.ij.volu.

d Itē no.hoc dictū refert et ſequit̄.bal.l.l. mandatū.col. pe.C.māda.et Fely.l.c.ex parte decani.colū. viij.verſi.decla. prima.ſ.de reſcriptis.

eſt credendū niſi ſniam oſtēdat vel citationē.ſ.de proba.qm̄.C.de ordi.ne in arbitrio.in aut̄.de here.⁊ fal.§.ſi vero abſunt.in prin. j.col.⁊ ſic de ceteris q̄ in iudicio cōtingunt in quib⁹ nō creduntur litere epī ſigillate:ſed tabellioni tn̄ vel duabus perſonis ad hoc deputatis. Et ſic intelligo dictum decre.ſ.de probatio.qm̄.in alijs autē inſtrumētis que extra iudiciū ſiūt.vt de contractibus ⁊ cōſimilib⁹ caueāt illi qui ſigillare debēt ne aliqđ in literis apponāt niſi qđ iniunctū eſt in eis apponere.non em̄ credimus qđ de his que vidēt facere poſſunt literas niſi iniungatur eis autē. de tabellio.§.nō autem.vel ab ambobus cōtrahentibus.vel ab altero tantum vel etiam a quolibet altero ſi forte ei prodeſſe poterit ſed inſtrumentū nō proderit niſi ei mādauit argu.q̄ res inter alios acta nō pre.C.res inter alios acta per totū.⁊ etiam poteſt intelligi.C.de proba.ad probationem. † Item nō debet compelli litera.ſ.ſigillū apponi niſi in preſentia prelati.vt in predic. §.in auten.de tabellio.§.nos autē. Item debet prelatus certe perſone ſigillum cōmittere. verūtamen ſi per alium ſigillari faciat nihilominus valet inſtrumentū.ſed puniendus eſt prelat⁹.

6 in auten.de tabellio.§.per tabellionē. † Itē continere debet litera tēpus rogati inſtrumenti.in autē.de tabellio.§.illud quoqꝫ coll atio.iiij.quod debet eſſe idem cū tēpore celebrati contractus. Si enim aliud eſſet ſcilicet quod ferret teſtimoniū de preteritis non valeret.ſ.de coha.cle.tua. Alij tamē dicūt quod inſtrumentum preceptū ab vno omnibus preiudicat.vel potius eſt omnibus ſufficiens probatio.q̄ ſeruus publicus eſt.obligationes em̄ prodeſſe ⁊ obeſſe dicuntur partibus nō inſtrumentū qđ non eſt obligatio nec ex quo oritur obligatio ſed eſt tn̄ probatio obligationis vel cuiuſcūqꝫ alterius facti ad hoc.ff.rem pu.ſal.fo.l.ij.iij. ⁊.iiij.j.reſpon.vel potes dicere inſtrumentū non nocere niſi his inter quos ſit.⁊ hoc etiam alijs nō nocet.dicatur cū fieri inter cōtrahentes licet nō ambo ſed alter tantū vel etiā quiſqꝫ extrane⁹ cuius tamē intereſt.⁊ iudex precipiat inſtrumentū. Quidā tamen dicunt ⁊ bene nō poſſe precipi inſtrumentum ab extraneo. imo nec ab vno contrahentiū niſi ambo conſenſerint.argumen. pro ei q̄ nec aliter eſt cōtractus vel diſtractus vt patet.ff.de pactis.l.j.§.⁊ hoc pactū.⁊.l.ab emptione.C.de actio.⁊ obliga.ſicut in initio. Quid enim intereſt cuiuſqꝫ extranei quantū ad ius cōtrahentium precipere inſtrumentū de alterius facto.⁊ hoc verū eſt in cōtractibus qui ſiunt de voluntate partiū. † In alijs autem que nō ſiunt etiā de conſenſu partiū.vt teſtimonium ſententia.proteſtatio exceptio contradictio appellatio ⁊ ſimilia. ſufficit mandatū illius qui illud fieri facit.⁊ qđ hoc ſic obtineat ſatis probatur ex tenore iuramēti.qđ preſtant notarij in ſuſceptione ſui officij.ſ.de his que videbūt ⁊ audiēt fideliter cōficient inſtrumentū ſm̄ qđ eis a partibus vel a iudice iniunget̄.tamē contrarium videmus de facto obſeruari:q̄ quicunqꝫ tabellioni precipit qđ faciat inſtrm ipſum cōficit.ſed nō ſit bene.⁊ pōt eſſe ea ratio pro his qui ſic indifferēter faciūt:q̄ nō ratione preſentis intereſſe ſiūt inſtrumēta:ſed q̄ poterit intereſſe.⁊ vix eſt aliquid de quo nō poſſit cuiuſqꝫ intereſſe habere inſtrumentū de eo qđ agit̄. Oibus inſpectis plus videt̄ muniri rōne q̄ ſiue ab vno cōtrahentiū tn̄ ſiue ab eo etiā cui⁹ nihil inter eſt poſſit precipi fieri inſtrm.⁊ qđ tn̄ valet inſtrm a publica pſona ſic factū:q̄ hoc nō prohibet̄ a iure.ff.de probatio.ab ea parte. Itē pro his eſt.ff.de iure fiſci.l.in fraudē §.ex his.⁊.§.ſequen.tamē ille qui nō precepit nō poteſt agere.vt ſibi edatur.niſi procurator ſuus hoc preceperit.ff.de edendo.ſi quis.§.ex hoc edicto.intereſt ergo cuiuſlibet vt precipiat fieri inſtrumentum.vt ſic poſſit editionē ipſius petere

7 re que aliter ſibi denegaret̄. † Item no.vtile eſſe qđ tabellio

c ſemper ſcribat in inſtrumento ſe rogatū ᶜ:quia ſi mortuus eſſet notarius vel non recordaretur de rogatione inſtrumenti pro nihilo eſſet inſtrumentū. Si autem viueret tabellio credendū eſt ſufficere ſolum ipſius teſtimoniū.argu.aut̄.de tabel.in prin.aut̄. de fide inſtru.§.ſi vero neqꝫ. Alij tamē dicūt qđ preſumit̄ ſemper rogatus.ar.C.de cōtrahē.⁊ commit.ſtipu.l.j.inſti.de fideiuſ

8 ſo.§.ſi. † Item ᵈ qđ cum officiū tabellionis ſit publicū ⁊ commu

d ne qn̄ rogat̄ nō debēt ſecreto manere:ſed bene debēt querere oīa vt ſciant qđ agat̄.in aut̄.de tabellio.§.nos autem. Sed ſi contrariū ſiat nihilominus credimus inſtrm valere:ſed magna eſt ſuſpitio ꝫ illud q̄ ſi occulte rogatū eſt ⁊ notarius puniēdus eſt. arg.ſ.vt ecc.bene.vt noſtrū.ſed obijcias ſuſpectū eſt inſtrm.ergo obijciendū niſi producens illud per alias probationes approbauerit.C.de proba.iubemus.C.eo.tit.l.ſi.⁊.ff.eo.l.j.ſol.ibi loquitur quādo ſcriptura vitiata eſt vel alſ ſuſpecta ex ſui forma vel raſura.C.de edic.di.adria.tol.l.ſi.⁊.ſ.co.ex literis.⁊.c.inter dilectos. alſ autē ſecus:q̄ ſi alique ſuſpitiōes ad ſint tn̄ durat ⁊ valet.niſi alſ cōtra illud probet̄ nec propter ſuſpitionē caſſandū eſt.ar.ij.q.j.c.

9 j. † Itē no.qđ ſi priuata ſcriptura introducit̄ cōtra eū qui eam fecit nec ipſe neget ei ſtabit̄.ff.depo.l.pu.§.ſi.C.de non nu.pecu. generaliter.niſi in mutuo vbi habet excipiens bienniū anteqꝫ valeat.C.de non nu.pecu.in contractibus in prin.ſi autē neget eſſe ſuam ſcripturā hoc oportet probari ⁊ poſtea procedatur ſicut legitur.C.de

gitur. C. de non nume. pecu. cū fidem. ⁊ auē. cōtra qui propriam ſi
vero de alio agaꝛ inſtrumēto ꝙ alius fecerit ſi negatur ſcriptura
eſſe eius cui aſcribitur hoc ipſum probari oportet. ſi vo certū ſit
eam ſuā eſſe ſcripturā per ſigillū vel alio modo: ſed ſi dicaꝛ nō ei
credēdū ſeruādū eſt qđ dictū eſt. ſ. ſcʒ ꝙ nō eſt credēdū ei niſi ta
bellio. vel niſi a cōſuetudine introductū ſit qđ credaꝛ niſi in ca
ſibus: q̃ actis cuiuſlibet iudicis crediꝛ. ſ. de probatiōi. quoniā.
10 ¶ †Itē crediꝛ literis cuiuſlibet de his que facere debet vel pōt
ratione officij. vt ſi archieps ad cōcilīū citet. xviij. diſ. ſi quis me.
vel de ꝯſuetudine alīs ad cōſecrationē epōrum. lxv. diſt. nō dʒ per
literas etiā epos aliene puīcie vocabit etiā ſimpliciter epiſcop⁹
vel ſi cū citet canonicos ad electionē faciendā. ſ. de elec. cū inter.
vel ſi cōuētus licētiat aliquē monachū. xix. q. iij. ſtatuimus. vel ſi
epus mādat vitari excōmunicatos. xj. q. iij. cure. ⁊ idē eſt in literis
cōmendaticiis. lxxij. di. per totū. ¶ Itē ⁊ de his que rōne officij
facere nō debēt aliqñ crediꝛ vt in epīs qui dāt literas teſtimonia
les de ordinibus vel morib⁹ alicuius. ſ. de ele. peregrinā. c. j. ⁊ ij.
☞ ¶ †Et idē dicerē in pcuratore ad impetrandū ⁊ contradicendū
conſtituto. ſ. de reſcrip. c. nōnulli. ⁊ in oībus aliīs vbi nullū vel
modicū p̃iudiciū aliī generaꝛ. nā in p̃dictis caſibus ⁊ ſi non con
ſtet ſigilla eorū eſſe qui ſcribūt vel etiā ſi modice autoritatis ho
mines ſcribāt crediꝛ eis. vt de cōſuetudine generali ⁊ potiſſime
ſpeciali romane curie obſeruaꝛ. (Ad exemplaria) niſi ſint publi
cata vt no. ſ. de teſt. alberic⁹. repetēq̃ dixim⁹. ſ. de ver. ſig. abbate.
1 ☞ Creditur ſcripture facte manu publica etiam mortuis teſti
bus in ea deſcriptis.
2 Non ſufficit ſigillum apponere charte niſi is qui appoſuit dicat
ſe illud appoſuiſſe.
3 Cauſe propter quas ſigillum ⁊ ſubſcriptio apponuntur literis.
4 Decretum ſeu autoritas non interponitur de futuris.
5 An poſſit epiſcopus ſigillum ſuum aliī committere.

SCriptura vero autētica. ¶ Hic not. il
las ſcripturas dici pu
blicas que habent ſigillum vel que ſiunt per tabellio
nem etiā ſi nō ſit eis fides adhibenda. ⁊ alia autentica
qualia ſunt oīa quibus fides adhibeꝛ. ⁊ pñt dici oīa autenti
ca publica: ſed nō econuerſo. vel melius ſe habent vt excedētia ⁊
excedata. vel aut. ſcriptura hic dicitur originalia ſiue manu publi
ca ſcripta ſiue ſiue non vel ſcripturam autenticam dicit acta iu
di. vel hic dicit ſcripturā autenticā que habet ſubſcriptionē te
1 ſtiū ⁊ cōtrahentiū. ¶ († Publica) No. qđ ex quo ſcriptura eſt fa
cta manu publica vel ſigillū autēticū habet etiā mortuis teſtib⁹
ibidē in ſcriptis crediꝛ illi ſcripture vt hic dicit dūmodo nō ſit
in aliquo vitiata vel vituperata vel ſuſpecta vel calumnioſa. C.
de edic. diui adri. tol. l. ſi. aut. eo. tit. §. ſi vero moriatur. ille tñ cō
tra quē pducitur inſtrm pōt illud dicere falſum. C. eo. ſi veteris.
⁊ l. ſi. Si vero ſcriptura eſt aliquo modo vitiata vel ſuſpecta vel
calumnioſa qui pducit eā debet eam pbare verā. C. de pba. iube
mus. ff. eo. l. ij. ⁊ ſm hoc intelligi pōt. ſ. eo. cū inter dilec. ſcripture
autē priuate nō crediꝛ niſi teſtibus vel cōparatione literarum ad
inueꝛ. eo. §. ſi vero. ff. de pba. inſtra. Idē forte dicendū eſt in forē
2 ſi inſtrō. ar. cōtra. ff. de dona. in dona. ¶ († Sigillū) nō ſufficit ſi
gillū apponere charte niſi ille qui appoſuit ſigillū dicat ſe illud
appoſuiſſe. ff. de teſt. l. pe. C. de teſt. l. ſi vn⁹. ⁊ l. hac cōſultiſſima. ⁊
l. in teſtamētis. ⁊ l. iubemus. ⁊ ſ. de re iudi. cū inter. videꝛ etiā ſuf
ficere ſi loquentium in charta vel cōtrahentium cōtentorum in
ſtrumentorum ſigilla apponanꝛ etiam ſi nō dicāt ſigilla noſtra
appoſuimus. ar. C. arbi. tut. l. ſina. ⁊ ſ. eo. ti. inter dilectos. qualia
ſunt ſigilla epiſcoporū ⁊ aliorum prelatorum vt quidā dicunt. ⁊
xj. q. iij. c. cure. xix. q. iij. ſtatuimus. xcvij. diſt. in nobiliſſimus. ſ. de
eo qui mit. in poſ. cū ſicut. ſ. de elec. cū inter. ff. de cuſt. re. diuus.
ſ. de probatio tertio. ¶ Non tñ dicimus qđ ſigillis inferiorū pre
latorum ab epiſcopo nō creditur niſi hoc haberet cōſuetudo. ſ.
eo. cū dilectus. niſi forte habeat iuriſditionē: q̃ tūc in his q̃ ſunt
iuriſditionis ſue inſtrā cuiuſlibet iudicis ordi. vel deleg. reputa
ſtia autē. argu. ſ. de teſt. cū a nobis. ⁊ not. qđ debet quis ſigillare
proprio ſigillo ſi habet: ⁊ tūc nō valet ſi alieno ſigillat niſi ex cau
ſa ſiat vt ſequiꝛ: q̃ nec etiā pdeſt ſuo ſigillare qñ eſt ad aliud offi
ciū deputatū. ſ. de app. ſignificauit. ¶ Si autē nullū ſigillū vnq̃
haberet vel ſaltē tunc cū ſigillare oportet nō haberet ſigillū po
terit alieno ſigillo ſigillare: ſed tunc etiā neceſſe eſt hoc ipſum di
cere ſcilicet cuius ſigillo ſignet. ⁊ quare alteri⁹ ſigillo ſignet. ⁊ eſt
3 ratio l. l. q̃ turbatū eſſet ſigillū. ff. de teſt. ad teſtiū. ¶ †Eſt ⁊ alia
ratio que efficacior vꝛ ſcilicet vbi ⁊ a quo ⁊ ex qua cauſa ſignatū
eſt inſtrumentū diſcerni poſſit: q̃ ſigillū ⁊ ſubſcriptio ex multis
cauſis apponunꝛ literis. verbigratia. in ſignū conſenſus. xij. q. ij.
ſine exceptione. ſ. de pcur. c. j. ff. de pig. ſideiuſſor. §. ſi. ⁊ l. ſequen.
¶ Quādoq̃ etiam apponuntur in ſignum teſtimonij. ff. de pig.
act. l. gaius. Et in ſignū preſtātis autoritatē. xij. q. ij. cuʒ redēptor
ſacrorū. Quandoq̃ in ſignū cōfirmatiōis. ſ. eo. c. inter. ⁊ multis
aliis cauſis poteſt ſigillum vel ſubſcriptio apponi. vnde apparet
qđ ſemp in litera dʒ exprimi ad qđ ſigillū apponaꝛ ⁊ cuius ſit: ⁊

a quo apponitur. arg. ſ. de tranſac. c. ſina. xxix. diſt. c. ij. ſ. de libe.
obla. c. ſi. ¶ Sed ſi in literis non dicitur qualitercunq̃ dummo
do hoc ſcire poſſit videꝛ ſufficere. imo ſi in alia autētica ſcriptu
ra ⁊ etiā alterius hoīs cōtineaꝛ aliqđ per qđ poſſit ſciri ad quid
⁊ ea quo appoſitum eſt ſigillū ſufficit. ſ. de cōfir. vti. cū dilecta. ſ.
de ſideiuſſo. peruenit. nec quero qualis ſit ille qui ſcripturā facit
puta rex vel infimus homo. ſʒ q̃ eius noīe litere mitterenꝛ dum
modo ſigillum ſit perſone autētice. cum ſigillū ſit qđ autoritatē
preſtat ſcripture. vñ ſi eſſet talis perſona que nō principaliter ſed
ſecundario autoritatem preſtat ſcripture. vt eſt teſtis. cōtractus
cōtenti in illa charta que nō principaliter ſed ſecūdario teſtimo
nio autoritatē preſtat nō eſt tūc neceſſe ſigillū appoſitū eſſe autē
ticum. ſed ſufficit qualecūq̃ dūmodo characteres habeat vt in
ea. l. ad teſtiū. §. pe. nec exigitur qđ ſint ibi litere: dummodo aliās
certum ſit de ſigillo. ſʒ ſi ſint opʒ qđ poſſint legi vel in totū vel in
tāta parte ꝙ indubitāter intelliganꝛ qđ velint dicere. ſ. c. iter. Cū
corrigia aūt vel alia re que nō ſit ſculpta ad ſignādū ſigillari nō
poterit: vt in ea. l. ad teſtiū. ff. de aur. ⁊ argen. leg. l. argēto. §. orna
menta. ¶ Epiſcopus autem nō intelligitur alieno ſigillo ſigilla
re quādo ſignat ſigillo eccleſie. lxxiij. di. in nomine domini. argu.
vij. q. j. ſcite. Item no. qđ ius ciuile appellat annullū. ⁊ nos ſigil
lum. Itē nō eſt vis an in litera loquaꝛ ille qui ſe obligat vel ali
quid aliud faciat: vel ille qui ſigillat. De his autem quos conſtat
in cedulis vacuis aliquid ſcribere crederem nō eſſe falſarios. vñ
ex quo cedulam ſigillatā eius fidei cōmiſit: ex prima facie quic
quid in ea diciꝛ crediꝛ cōmiſiſſe. ar. ff. commo. cū quis. §. ſi. crede
rem eñ qđ illud mādauit qđ ſcriptū eſt. dūmodo tale ſit qđ ſibi
ſcribitur ad qđ pcurator cōſtitui poſſit. Si tñ pbaretur qđ ali
ud ſcripſit quā qđ mandatū fuerit quare vt falſarius puniretur.
Aliī tñ dicūt qđ in eiſdem cedulis nihil poterit ponere qđ aliū
obliget niſi illū cuius eſt ſigillū. alius autē cōtrariū videtur. ſ. qđ
nunq̃ licet cedulas vacuas ſcribere. nā ille cuius eſt ſigillum dat
autoritatem ſigillo. ⁊ ſigillū debet dare fidē ſcripture. ⁊ ſcriptu
4 ra cōtractui. ¶ †Sed qñ incipiet dare vel quō pōt dare cū ſcri
ptura nō fuerit facta qñ ſigillū apponiꝛ ſed poſtea. ei autem qđ
nō eſt fidē dare non pōt. ar. ſ. de cōſti. cū acceſſiſſent. cū ſuis con
cor. ⁊ ff. de cōtrahē. emptio. l. fundi. ⁊ l. iulia. ſed nec decretū vel
autoritas nō interponitur de futuris. ff. qđ cuiuſq̃ vni. item. §. j.
Itē autoritatē quō p̃ſtabit ei qui ignorat que tñ cū cauſe cogni
tiōe preſtari debet. ff. de offi. procō. nec quicq̃. §. vbi decretū. ⁊ iij.
q. iij. ſpaciū. ¶ Sed dices hñ preſtat autoritatē rei preſentis. nā
mandatū qđ fecit portanti cedulas p̃ſens fuit: ſʒ tñ. ſigillū nō p̃
ſtat autoritatē mādato vel cōtractui: ſʒ ſcripture vnde bene diciꝛ
hec ſcriptura autētica. nō tñ de cōtractu quem cōtinet fidē facit
imo ⁊ cū hoc pcurator poſſit ſcribere quicq̃ vult in hac cedula
nō ſigillū ei p̃ſtat autoritatē ſed ipſe ſcribēs. ¶ Item ad hoc qđ
nō valet pbare aliqđ ꝯ hoc inſtrumentū videꝛ ſufficere qđ dicit
aut. de tabellio. §. nos autē credimus. ⁊ §. ſequen. vbi dicitur qđ
tabellio qui dat autoritatē inſtrō debet intereſſe qñ cōpleꝛ. ⁊ de
bet audire totū negociū vt ſciat rñdere ſi interrogabiꝛ. ad idem
aut. de tabel. §. pp̃ter tales. eodē modo dicēdū eſt ⁊ de illo cuius
eſt ſigillū cum hec duo hic equiparenꝛ. item multe abſurditates
poſſunt ſequi de talibus cedulis quid eñ ſi moriatur ille cuius
eſt ſigillū anteq̃ ſigillū apponatur ⁊ etiam forte eo ignorāte fuit
ſigillum appoſitū. Itē quid ſi inimicitie oriunꝛ. Itē qđ predicte
litere nō preiudicēt pbatio cōſtat ꝙ is cuius noīe cōfecte ſunt li
tere vel ſcivit de eo ꝙ in eis ſcribiꝛ. Si eñ cōſtaret eū ſcire vel mā
daſſe de certo ſcribēdo tūc forte ſecus dicendū eſſet: ſed forſan de
preſumptione iuuabis te puta q̃ dando chartam vacuam vide
tur dediſſe poteſtatē quicquid vult ſcribendi. ar. ff. de penis. l. ij.
ff. de cōtrahen. emp. clauibus cū multis cōcor. quas habes. ſ. de
conſue. c. ij. Sed certe ſi diligenter dictas leges inſpiceres non ſic
preſumeres: q̃ vt in eiſdem legibus euidenter apparet qñ ex do
natione alicuius rei etiam aliud vel ratione loci vel temporis vel
cōtractus dediſſe intelligor: vnde ſi dedi claues iuxta horreū vi
deor dediſſe que in horreo ſunt. ff. de cōtrahē. emptio. clauibus.
vel ſi obligo inſtrumēta videor obligaſſe nomina in inſtrō cōtē
ta. C. que res pigno. obli. poſ. l. j. Item ſi reddo debitori inſtrumē
tum in quo continetur ſubſtātia debiti debitū remiſiſſe videor.
ff. de pac. l. ij. ¶ Secus ſi pignus redderē. ff. de pac. poſtq̃. at hic
nihil tale eſt. vnde non videtur magis preſumendū de vno man
dato quā de alio. maxime cū ex multis cauſis ſigilletur vt dictuʒ
5 eſt. ⁊ ſic apparet hic qđ nō poteſt iuuare preſumptioni. ¶ †Con
ſitemur tamē qđ epiſcopus pōt cōmittere fideli perſone ſigilluʒ
ſuū. ⁊ ſcđm ptātē ſibi datam poterit illo ſigillo ſigillare ſcriptu
ras de his que pertinēt ad epiſcopum: puta facere cōmiſſiones
cauſarū citationes confirmationes. ⁊ gñaliter de omnibus aliis
que cōmiſſa ſunt ei poterit ſcripturas ſigillare. etiā ſi prelatus il
le nō videat literas ſicut papam ⁊ alios p̃latos ⁊ principes ſuis
☞ cācellariis hec cōmittere videmus. ſ. de crimi. fal. dura ¶ † Sed
in contractibus aliorum non poterit nomine epī ſigillū teſtimo
niale apponere niſi viderit. cum teſtimonium ſit tantum de viſu

vel de his que plene nouerūt.iiij.q.ix.teſtes.ꝛ per totū ꝛ ſic loquī
tur aut.de tabel.§.nos aūt.ꝛc.poſſet tū dici qđ etiā teſtimoniale
ſigillum apponere pōt vbi hoc de conſuetudine eſt.nō qđ cōtra
ctus intelligatur habere teſtimoniū ab epiſcopo:ſed ab eo.ſcili
cet cancellario qui apponit ſingiť eū eius ſigillū ſicut ꝛ ſigillum
eccleſie epiſcopi ſingitur.lxiij.di.in nomine.tū bene dicunt ex
primere in litera cuius noīe apponiť.ſ.an epiſcopi.vel officialis.

Ex literis.

(Iudicati) repete quod dixi inno.ſ.eo.inter.in glo.que incipit.ſecus
ſatis(iudica)bene dicit ꝛ ſi cū erratū eſſet in facto.ꝛ
nulla eſſet ibi abraſio vel correctio facta tamē per eas
procedendū eſſet.licet nō ſecundū eas.ſ.de reſcrip.ſuper literis.
C(Et priuileg.)ſecus de aliis reſcriptis cōtētis ſic vel ēt gratio
ſis cū ibi poſſet eſſe fraus.vt pōt colligi.ſ.de reſcrip.ſuper literis
ſedes.ꝛ.c.ad aures.ꝛ.c.paſtora.ꝛ.c.cum adeo.ꝛ.c.conſtitutus.ꝛ.c.
ſignificāte.ꝛ.c.rodulphus.C(Priuilegiū).confirmatoriis.ſe
cus autem de originalibus.ibi enim ſi inuenirenť raſure in poſ
ſeſſionibus ſuſpectum eſſet priuilegium ſicut inſtrumentū con
tractuum donationum ꝛ huiuſmodi ex eadem cauſa redderet ſu
ſpectum.(Abradi)per cancellariū ꝛ alios officiales curie.ſi enim
per alios fieret falſarii eſſent.

Accepimus

literas forte p ſuas literas pe
tebat ipſe abbas qđ nō coge
retur portare ſua priuilegia ad vrbē.ꝛ etiā quedā alia
ſuper quibus papa hoc ſcribit.(Argu.)ſ.eo.c.pri.C.
de fide iſtru.l.vlti.xvi.hū quidē.(Venerit) Archiepš.(Arguē
di).iiij.q.v.c.j.C.de inge.manu.diffamari.ſ.qui filii ſint legiti.la
tor.C.q accu.poſ.q ea.(Vacillare)ppter hoc qđ archiepš ea ar
guit falſitatis:ſed ſi ex alia cauſa appareāt ſuſpecta.hoc hū licet.
(Obſeruari)qualiter agať de falſo no.ſ.de proba.licet in prin.

Contingit

(Interdū reciteť).ſ.totus tenor
ideo autē totus recitari precipiť
vt audiētes totū intelligāt in aliis capitulis cōtineať ali
quid pure vel ſub cōditiōe.ꝛ ſi in totū vel in partē id capſm ſit
reuocatū vel aliqua pacta adiecta ſint circa.c.de quo agiť.ff.de
edē.l.j.§.edēda.(Solummodo).C.quemadmo.teſt.ape.l.iii.§.ii.
1 Poteſt ſpoliatus res vēdicare vel petitoriū iam inceptum
proſequi.
2 Libellus etiam contra procuratorem concipitur.
3 Quomodo inſtrumentum ex raſura reddatur ſuſpectum.
4 Quemadmodū nō tenet ſnīa ex falſo inſtrumēto lata ita nec pri
uilegium ex falſa cauſa vel ex falſo inſtrumento conceſſum.
5 Confirmatoria meliora ſunt quā que ſunt ad inſtar:vide de pri
uilegio conceſſo ad inſtar in nu.6.

Inter dilectos

(petebat)petitorio a
git q2 nec poſſeſſionem
nec expoliationē allegabat qđ eſt neceſſe in interdicto
ff.de vi ꝛ vi arma.l.j.in princi.ꝛ.§.interdictum autē.
1 C†Sed nō videtur hoc poſſe ſtare qđ petitoriū intentaret ſeu
vendicaret rem quā obtinuerat in iudicio poſſeſſorio per ſnīam
epiſcopi veroñ.ſ.de ſeque.poſ.c.ad hoc.cōtra id qđ eſt.C.de alie.
iudi.mu.cau.fac.l.j.ꝛ inſti.de act.§.j.ꝛ.ſ.de iudi.examinata.So.
licet obtinuerit per ſnīam.non tū habuit poſſeſſionē corporalē
ꝛ ideo quantū ad hoc parū pfuit talis ſentētia.ſ.de re iudi.cum
aliquib⁹.vel dic qđ habuit:ſed poſt archiepiſcopus monaſteriū
eiecit.vt dicit decre.pallega.ad hoc.ꝛ inde eſt ſcz quia poſſeſſio
nē nō habebat qđ petitorium intentare potuit.vel dic qđ a prin
cipio monaſterium intētauit petito.ꝛ poſſe.ꝛ re.poſ.ꝛ hoc etiā
dicit decre.pitalleg.ſ.de ſeque.c.j.ideoq2 nihil impedit quomi
nus ſpoliatus poſſit res vēdicare vel petitoriū proſequi iam in
2 ceptum.C(†Procuratore).No.cōcipi libellū contra procura
torē.no.qđ procur epi petit nomine eccľie.(Obtinuerat) ſ.de ſe
que.poſ.ad hoc.(Saluo)nihil operatur hec clauſula.(Mole
ſtabit)quaſi ad ipſum pertinerēt iure ſue ceſſionis hec tū ſenten
tia parū poterat obeſſe mediola eccleſie.niſi forſan ex donatione
nepotib⁹ ipſius ſe defendere vellet.ff.de app.a ſnīa.Item ex hoc
quod dicit moleſtabat videť qđ vel poſ.ꝛ ſic tū poſſeſſorium in
tentabat quare nō obſtabat ſucceſſori archiepī quominus agat
de petitorio:vt not.ſ.eo.in gl.ſed nōne ꝛc.C(Cōfirmabat) tāq2
dn̄s donationē factā a vaſallo vtilis dn̄i que donatio vtilis dn̄i
nō tenet ſine licētia dn̄i facta ꝛ hoc confirmať cōfert autē dn̄m
directū qđ penes dn̄m remanet vt in cōſtitutionibus Federici
imperialē.ar.C.de iure emphy.l.vlti.de dona.paſto.ſ.de do.inter
vi.ꝛ vro.nup.aliter tū exponiť ꝛ melius.nō enī credimus quod a
ſe dominus voluerit per hec verba directū dn̄ium abdicare.(Te
ſtes)de aliis teſtibus loquiť hic quā.ſ.eo.vbi dicit nec atteſtatio
nes ꝛc.cū loquiť de teſtibus inductis corā deleg.ab Inno.ꝛ pro
ductis ad probandū pſcriptionē ꝛ famā.ibi aūt de pductis corā
archiepiſcopo cognoſcēte ex delegatiōe imperatoris.ꝛ pductis
ad probādā legitimā donationē factā fuiſſe vt ibi dicit.C(Lx.
an.)ꝛ ita nō poſſedit niſi.x.an.qđ nō prodeſt.xvi.q.iii.quas act.
vel dic qđ vult dicere qđ aliqui teſtes dixerūt qđ poſſideat a.lx.

a C Ita nec pri
uilegiū.ꝛ q2 p
uilegiū impe
tratū ex falſa
cā nō teneat.tū
ēt bal.hic pro
quo dicit bū
facere tex.in.l.
gall⁹.§.ſi eius.
ff.d lib.ꝛ poſt.
ꝛ refert Fely.i
c.ad audiētiā.
el.ii.col.xi.ver.
amplia pmo.
ſ.de reſcri.pro
quo addo qđ
no.Pe.de an.
in cōſil.cccxx
viii.leip.viſis
diligenť iurib⁹
col.iii.v.tertio
pōderādū eſt.

ann.circa.ꝛ intelligo cōtinuo.Alii teſtes dicunt qđ poſſedit a.l.
an.ꝛ.ſ.intelligo per modicū tps vltra.l.an.ſed ſm hoc videť tu
tus pſcriptione:ſed dic qđ lz viſus fuerit pſcriptionē pbare non
tū pbauit.(Cōſumptū).i.ſubtiliatū vel corroſum pergamenum
3 ppter raſurā vel alio modo.C(†Annotatiōe)ſatis in loco ſu
ſpecto.ar.ff.quēadmo.teſt.ape.l.ii.C.de cōtrā.ſtip.optimā.Simi
liter ſuſpectū eſt ſi ſit raſura in nominibus vel indi.vel actoris
vel rei vel rerū ſuper quibus eſt litigiū.vel in data vel in narra
tione ſiue cōcluſione iuris vel in remotione ap.vel incohatione
teſtiū vel in aſſignatione termini.ꝛ in multis aliis que diſcretus
iudex intuebiť.ꝛ ſi contra has ſuſpitiones appareāt alie in cōtra
riū iudex ea attēdat.Itē magis videtur ſuſpectū propter raſurā
quā propter conſumptionē.C(†Recentio)ſuſpitionē adducit
nō probationem cum in charta vetuſta poſſit ſcribi nouus con
tractus.ꝛ ſuper hoc cum aliis que tanguntur hic vel aliquis co
rū preſumptiue aduerſariū onerat pbatione quod ſic valet.(Si
gillum hoc ſufficithat.C(Cum mitra induta ſceptrū integra
cera)vehemētiſſime ſunt preſumptiones niſi ſufficientes proba
tiones.vnde ſtatim ſequitur preſumebatur.non probať.vel licet
etiam ſingule per ſe nō ſufficerēt.tamen omnes ſimul ſufficiebāt
vel aduerſariū probatione onerabant ſcilicet priuilegiū eſſe ve
rum.(Nulle alie)ſufficit ad probationem(ſed cum)hoc ſufficie
bat ad probationē(due)ꝛ ita nō probatur Luitardū dediſſe cū
nullum priuilegium haberet abbas q2 ipſius mona.exprimeret.
ꝛ ſic non poterat eius donationem allegare.(Ab interiori) vix
poſſit hoc ſufficere ad probationē:ſed ad preſumptionē faciunt
(ſigilli)quod nō erat pendens:ſed qui charte adherebat ꝛ hoc
ſufficit ad probationē)ſed ꝛ ipſum)hoc ſufficit ad probationē.
(Publica)ſi enim tempore donationis fuiſſet donatio per ma
num tabellionis ſcripta.ꝛ eidē charte ſigillum appoſitum dum
modo ſubſcriptionē teſtiū haberet etiā amiſſo ſigillo validū re
manet inſtrumentū.(Autentice)q2 nō erant ibi litere legibiles
nec etiā erat integrū.(Media)nō ſufficit ad probationem cum
in hac medietate poſſit cōtineri nomē ꝛ dignitas.(Medietas)
hoc ſufficit ad pbationē.(Litere)ſubſcriptio.(Recētior videba
tur)hec ſuſpitio nō ſufficiebat ad caſſationē:ſed ad probationē
transferendā in aduerſarium.(Mentio)non eſt ſufficiēs proba
tio caſſationis:ſed pſumendū eſt qđ ſi habuiſſet q2 priuilegiū inſe
ri feciſſet.C(Inter alios)ſed nonne:q2 ſciebat cauſam ſuā agi.
imo q2 ipſe iudex erat ꝛ pro monaſterio iudicabať ſibi preiudi
ciū fecit.ff.de re iudi.ſepe.ff.de pig.fideiuſſor.Rū.nō ꝛ.ſ.de ſen.ꝛ
re iudi.ſuborta.nec obſtat lex ſepe.q2 loquitur qū me ſciente age
bat ille quē de iure poterā phibere vt ſi creditor agere patiať de
bitorē ꝛ in aliis exēplis poſitis in.l.predicta.vel ſi quis noīe meo
agat ꝛ cum nō prohibeo cū valeā phibere.at archiepš nec ſcie
bat rem ſuā qſi cauſam diffiniuit:ꝛ etiā ſi ſciret prohibere nō va
lebit quomin⁹ iure ſuo.vel qđ ſic ſaltē credebat ſuū vtereť ſi vel
lex:vt in ea.l.ſepe dicitur.in ſi.nec obſt.l.ſi fideiuſſor.que loqui
tur qū pars ſciēs rē ſuā obligari ſubſcribit inſtro autoritatē pre
ſtans obligationi.ſecus aūt ſi faciat tāq2 iudex vel tāq2 teſtis vel
alius qlibet officialis cū nulli debeat offitiū ſuū eſſe dānoſum.ꝛ
ex ſnīa nō habet ille ius nec ex teſtimonio:ſed tūi declarať ius pri
ſtinū.ff.de pig.act.gaius.ff.ſi ſer.vē.l.ſicut.§.ſz ſi queriť.itē ſicut
apparet in hac decr.in prin.archiepš tūi tulerat ſnīam ſup poſ
ſeſſo.vñ nō ſit ei poſtea preiudiciū in petitorio.vel dic qđ ex no
uo iure puenerat ad eccleſiā medio.ſ.poſt ſnīaz(ꝛ in alio)hoc nō
noceret ſm quoſdā ſi eſſent publicate falſuz dicit hec gl.imo idē
eſt dz ꝛ ſi publicate eſſent publicatio enī nihil facit.vñ ſi qđ pri⁹
nō erat autēticū nō eſt autēticū:ꝛ valet inter pſonas inter quas
eſt actū:ꝛ qū ad idē agiť.(Unde)ex quo priuilegio petitionis q2
forte talis vel conſiſſis petit tale monaſteriū vt ſibi donata tali
comite cōfirmare dignaremur(intelligatur).ff.de reb.dub.quo
ties.ſ.de verb.ſig.abbate(cōfirmari).ff.de iuriſ.om.iud.ꝛ q2.ar.
cōtra.lxiii.diſ.in ſynodo.xxiii.diſt.in noie.ſ.de elec.cū inter cano
nicos vbi de hoc in gl.ſed nōne ꝛc.(Qđ in eū eſt)ſed dices cū nō
eſſet ſuū:q2 falſuz eſt priuilegiū luitardi dz tenere donatio.ar.ſ.
de in inte.reſti.cōſtitut⁹.rñ.ideo.nō teneret donatio illorū q2 ſicu
ta eſt ex pūilegio luitardi:q2 nō intēdebat impator eā donare vt
crederet eſſe ea monaſterii ex donatiōe luitar.ꝛ intētio eſt neceſſa
4 ria iuſti.de dona.§.ſunt ēt.ꝛ ſeq.C†Itē ſicut ſnīa lata ex falſo in
a ſtrumēto nō tenet:ita nec priuilegiū cōceſſum ex falſa cā vel fal
ſo inſtrumēto nō tenet.C.ſi ex falſis inſtrumē.l.j.ꝛ.ii.Si aūt nō
appaniſſet falſitas in pmo priuilegio nec ei impator niteret:ſed
diceret impera.cōcedimus ꝛ cōfirmam⁹ nō quererē q2 ſunt cōfir
mata q2 cōceſſa:q2 in qbus nō vz cōfirmatio vz p cōſequēs cōceſ
ſio.q.diſt.impator l dēm euētū volum⁹ eccleſiā habere ſiue vt do
nationē ſiue vt ꝯfirmationē niſi per obreptionē obtinereť:vt hic.
ꝛ.ſ.c.pri.vt potius res valeat q2 pereat.ſ.de ver.ſig.abbate.ff.de
reb.dub.quoties.xii.q.ii.ſi quos.ſ.de in integ.reſti.cōſtitutus.l.
5 C(†Alia)bene dicit.ꝛ no.hic diligenter priuile.confirmatoria
meliora ſunt q2 illa q2 ſunt ad inſtar:q2 in cōfirmatoriis diciť de
aliqua re que ſit donata vel vēdita pro donata vel vēdita habeť

ꝛ ſi. de

⁊ ſic de ſimilibus. nec intelligit per ꝑdicta vba donatio cōfirmata: lȝ in priuilegiis cōtineat in prin. ꝯfirmamus oīa habita ⁊ habenda niſi ea que dant ⁊ ſtatuunt principaliter innitant ꝯfirmatiōi: itaq̄ qđ cōfirmatio eſt principalis cā quare ſit donatū vel ſtatutū ⁊ nō ponit cōfirmatio narratiue tm̄ ⁊ repete q̄ no. in ſum.
6 C. de fal. cau. ad. l. j. ¶ †Secus autē qñ in priuilegiis cōtinet cōcedimus hoc priuilegiū ad inſtar: qꝛ tūc oīa que ſequunt intelliguntur cōceſſa ad inſtar. vñ ſi ſequeret in eodē priuilegio donam⁹ vobis talē eccleſiā ſubintelligendum eſt ad inſtar. ⁊ eodē mō dicit decernimus vel ſtatuimus. imo idē eſt ſi dicat adĳcimus etiā qđ habeatis ius in tali eccl̄ia. vel etiā eam eximimus nā ſemp intelligendū eſt ad inſtar adĳcimus. ⁊ ſic de aliis tūc no. qñ in priuil. & eximimus oēs eccleſias veſtras que per vos ſumpſerunt regulam beati aug. in quibus has diximus exprimēdas. hec verba ponunt narratiue. arg. iij. q. vj. quippe ⁊ ideo nulla eccl̄ia exēpta ſe probat exempta niſi pbetur qđ ꝑ eo ſumpſit regulā beati Augu. (Principale) priuilegium lunardi (Acceſſorium) priuilegiū hoc herici (Proprietas). C. loca. ad probationem (Poſſeſſio) ff. de acqui. poſ. ſi qui ante. ⁊ l. ſi aliquem (Sufficit) fatemur tamē quod ille qui rem locatam accepit: non poterit queſtionem referre de proprietate: vel de poſſeſſione (Obſcura). ī. de proba. ex literis. iij. q. ix. iudicas. ff. de actio. ⁊ obli. arrianus.

QVod ſuper his ⁊. ſ. (ſuppreſſiones) hic poteſt colligi argu. a contrario ſenſu quod ſi non per ſuppreſſionem veritatis vel expreſſionē falſitatis ſint obtente litere cardinalium etiā ſi ſint ignota eorū ſigilla qđ credēdum eſt eis quod referas ad caſum de quo hic loquitur decre. argu. ī. de crimi. fal. c. penul. ſed videtur qđ tūc eſſent neceſſaria. v. ſigilla de ele. pere. c. j. ſed illud. c. loquit qñ non ſolū ſigilla ſunt ignota. ſȝ etiā noīa cpāruū ⁊ epōrum. vel dic qđ ibi eſt maius periculū qm̄ hic (Veritatis) qꝛ tacuerūt per que vtiles erant terreſancte (Falſitatis) expreſſerūt ſed debiles cū ſint fortes. ⁊ ideo nō valēt litere quia ſi expreſſiſſent nō habuiſſent. ī. de reſcri. ſuper literis (cōpelli) qꝛ nō teneret abſolutio. ff. de nata. reſti. l. j. §. ſi queras quare non tenet abſolutio ex falſa cā. ſicut tenet excōicatio. rñ. qꝛ nō intendit abſoluere. ſed excōicare intendit. de hoc no. ī. de offi. or. ex parte.

PAſtoralis ⁊. ſ. (Decr.) que nō eſt poſita in corpore. decre. ſed tamē aduocati eam pro decre. allegant. vel loquitur de illis decre. que licet olim erāt poſite in corpore decre. quādo nullum corpus erat autenticatū preter compilationē Innocen. iij. vel loquitur quādo bulla depēdet in litera que ideo ſtatim pro iure nō eſt habenda. C. de leg. ij. ¶ (†Conſulat) no. decr. contrariam iuri nō ſtatim reĳci. ſed papam conſuli. eſt eñ preſumptio pro ea qꝛ poſita eſt inter alias decr. vel etiā aduocati in iudicio eam allegant reſcri. eñ ſtatim abĳceret. xxv. q. ij. reſcri.

CVm dilectus. ⁊. ſ. (Concluſum) dicūt quod etiam poſt cōcluſionem poſſunt produci. arg. qꝛ cū in cauſa app. poſſint produci. melius eſt ergo ante vulneratā cauſam ſubuenire. C. in quib⁹ cau. in integ. reſti. nō eſt neceſ. l. ſancimus. plus placet qđ in eadē cauſa poſt cōcluſionē non licet vt hic: ſed in cauſa appellationis in qua nō eſt concluſum. ⁊ que alia cauſa eſt bene licet producere inſtrumenta: cōfeſſiones ⁊ alias probationes. quod dic vt legi. ⁊ no. ī. de teſti. fraternitatis. ¶ Alii dicūt quod nec etiam poſt appellationē licet ea producere poſtq̄ concluſum eſt argu. ſ. c. priori. in ſi. vbi dicit qđ iudex ex officio ſuo poſt cōcluſionem pōt interrogare partes. ⁊ loquit in cauſa ap. ⁊ ita a cōtrario ſenſu parti nō licet in cauſa app. interrogare aduerſarium. ergo a ſimili nec inſtrumentū producere. (Conſuetudo). C. de arbi. cū dilec. (Conſuetudo) etiā ſine ſubſcriptione teſtiū hoc habeat cōſuetudo qđ ſine ea credit. de hoc no. ī. eo. c. ij.

1 An poſſint partes ſuper nouis articulis in cauſa appellationis producere teſtes.
2 Quo caſu ſtetur teſtibus ⁊ nō inſtrumento.
3 Inſtrumentū quādo reddat ſuſpectū. ⁊ vide de hoc in nume. 4.
5 Falſum redditur inſtrumentū ſi quis per duos teſtes probat ſe alibi fuiſſe tempore contractus.
6 Inſtrumentū non redditur ſuſpectum ob dubitationem teſtiū.
7 Inſtr̄o publico ⁊ ſubſcriptiōe teſtiū vallato derogat p duos teſtes.
8 An pauciores teſtes qm̄ qui in inſtrumento ſint deſcripti preiudicant inſtrumento.

CVm ioannes heremita.

(Cōdemnauerit) ⁊ male cū his id eſt de traditione domus nihil actum eſt. Vel dic qđ petĳt etiā ſibi domū tradi acti. exempto. ⁊ idcirco bene iudicauit iudex ſcđm probata: ſed iudex appellationis corā quo probatū fuit ſcilicet de con
1 dictio contrariā ſententiat. ¶ †Et ita habes hic argu. qđ partes pñt ſuper nouis articulis in cauſa appellatiōis ꝑducere teſtes. licet illud ſciuerunt in cā principali. bene eñ ſcire potuit Jo. qđ ex quo petebat traditionē rei vendite ſibi ſieri qđ ſententiaretur pro actore. niſi probaret reus conditionē. ¶ Alii tñ dicūt quod ex quo ſcire potuit ante apertionē teſtiū articulum ſibi neceſſarium. niſi probet ante apertionē teſtium poſt probare nō poteſt nec per decre. cōtradicit. quia primo nō fuerunt teſtes producti ſuper vēditione. ſed inſtrumentū. Sed nos nō facimus magnā vim vtrum ſciuerūt vel potuerunt ſcire qñ agitabatur principalis cā illū articulū quē vult pbare in cā appellatiōis an nō. Sed in hoc caſu eſt vis ſi fuit oblat⁹ articulus ille pbandus in cauſa principali. vel an cōprehēderetur ſub articulis in cauſa principali datis quia tūc ſi primo pbauit per teſtes poſt apertas atteſtationes iterū teſtes ꝑducere nō poterit. vt no. ī. de teſti. fraternitatis. (Nouū) de hoc no. ī. de teſti. fr̄nitatis. (Inhabitares) ⁊ ideo nō debebāt cōdemnare. p. ad vacuam poſſeſſionem tradendam.
2 (Anni) nec ꝑpter hoc minus valet eorū teſtimonium. (¶ †Tabellioni (ſi oēs teſtes viuunt ⁊ cōtradicunt inſtr̄o in quo inſcripti ſunt vires ſuas amittit inſtrumētū ⁊ ſtatur teſtibus. ī. de proba. tertio. ff. quemad. teſta. ape. l. j. §. vlti. ⁊ aut. de fideiuſ. §. ſi vero fideiuſſor. colū. vj. Si vero vnus diceret nō interfui cōtractui vel inſtr̄o in quo ſcriptus ſum debilitat fidē inſtr̄i ita quod reddit ſuſpectum. ff. queād. teſta. ape. l. j. in ſi. ⁊ ideo nō valet ad probandum. C. de pba. iubemus. Et dicūt quidā hoc eſſe adeo verū qđ ſi. x. teſtes inſcripti ſunt inſtr̄o. ⁊ vnus ſol⁹ de ſcriptis neget ſe interfuiſſe reliquis mortuis vel nihil dicentibus ſuſpectuȝ reddit inſtrumentum. ¶ Alii dicūt qđ licet vnus teſtis dicat ſe non interfuiſſe inſtrumēto dūmodo alĳ tot remaneāt inſcripti. qđ licet cōtra teſtent vel ad min⁹ nihil dicāt vel mortui ſint qđ ſufficiūt ad probationē ꝯtractus inſcriptis redacti nō debilitatur virtus inſtrumēti. ⁊ lex preal. ff. queād. teſta. aperi. l. j. §. ſi. loqnit quādo vnus ex ſeptē teſtib⁹ in teſtamēto ſcriptis negabat ſe interfuiſſe cōtractui quo ſublato ꝑpter defectū teſtiū inualidū remanet teſtamentū. C. de teſta. ſi vnus. Secus autē eſſet ſi illo educto cōplet⁹ remanet numerus teſtiū. vel vt dicit Jo. illud eſt ſpeciale teſtamēto ꝑpter ſolēnitates que ibi requirunt. veruntamē ſi per duos vel p tres inſcriptos teſtes vel alios pbaretur eū interfuiſſe qui dicit ſe nō interfuiſſe ſtabit dicto duorū. ī. de ele. cū dilec. imo idē videtur ⁊ ſi dicat ſe nō interfuiſſe. nec etiā probaret eum affuiſſe ar. qꝛ in actis. ſi teſtis negaret teſtificatū vt ſcriptū eſt. vel pars negaret ſe cōfeſſum vel aliquid aliud qđ ſcriptū eſt ſoli tabellioni crederetur. vel ſcripture tabellionis. ī. de probatio. quo
3 niam. ¶ †Si aūt plures negarēt ſe interfuiſſe inſtr̄o tunc ſuſpectum reddit inſtrumentū. vnde nihil ex illo probat. ī. de teſti. tā literis. ī. de proba. tertio. ⁊ in tñ hoc verū eſt qđ etiā ſi per centū teſtes pbarent cōtractū qui in inſtr̄o cōtinet niſi per eos pbaret eos interfuiſſe qui negāt ſe interfuiſſe inſtr̄m inualidum eſt qꝛ ei eſt hec falſitas admixta ſcȝ hos duos interfuiſſe. ix. diſt. ſi ad ſacras. iij. q. ix. pura. nō negāt tamē cōtractū poſſe pbari per teſtes etiā inſcriptos in falſo inſtr̄o cū ipſi nō fuerint participes falſitatis. ¶ †Sed oppones nōne ambo ſunt in dictis ſuis ſingulares cū vterq; tantū de ſe neget interfuiſſe. vt patet. ī. de elec. bone memo. Reſpon. ſi ageret ad probandū qđ alter abſens fuerit tēpore confecti inſtrumēti nō ſufficerēt teſtimonia eorū quorū vterq; diceret ſe nō interfuiſſe ſed cū agat ad ꝓbandū inſtr̄m falſum ſufficiūt hi duo qui probāt idē ſcȝ inſtr̄m falſum ⁊ abſentiā horum duorū. ⁊ maxime cū ſimul eos adfuiſſe ſcriptū ſit in inſtr̄o ⁊ quaſi ſimul ⁊ pariter teſtificati viderent: qꝛ nec ipſi nec alĳ interfuere cū ſi interfuerūt ſimul pariter ſe vidiſſent ſecundum quoſdam. ¶ †Nos contrariū credimus. nā ſi centū teſtes dicerēt quilibet de ſe ego nō interfui. ⁊ duo tñ dicerēt fui vbi inſtrumentū fuit preceptū vel vbi cōtractus fuit celebratus validū erit inſtrumentum qꝛ ſinguli teſtes in ſuis dictis ſingulares ſunt. ī. de electio. cū dilecti. nec obſtat. ī. de pba. tertio. qꝛ ibi per nullū teſtē reprobatur fides inſtr̄i. vel dic qđ ibi nō fuerūt ſingulares. imo bene ⁊ plene licet indirecte probauerūt falſum inſtr̄m. ⁊ ſic etiā rñdetur ad. c. tā literis. vel dic qđ contradicit. ī. de teſti. tam lr̄is. quia ibi expreſſe pbatū fuit inſtr̄m falſum cōtinere. ⁊ qđ diximus de duobus teſtibus intellige verū in contractibus vbi duo teſtes requi
4 rūtur. ¶ †Si autem requirant. v. vt in codicil. vel. vij. vt in teſtamētis nō ſufficeret aliis negātibus ſe interfuiſſe pbare per duos teſtes cōtractum initum. alś verum vel inſtr̄m preceptū quantū ad hoc q; per inſtr̄m probaret vel codicillū vel teſtm̄. aliqui tñ dicūt qui nō min⁹ q̄ alĳ rōne nitunt. qđ etiā ſi oēs inſcripti negent ſe directo interfuiſſe cōtractui vel inſtrumenti cōfectioni nihilominus valet inſtr̄m publicū qđ per ſe habet autoritatē. ⁊ hi teſtes ſingulares ſunt nec pñt directo probare negatiuā. vj. q. v. actor. nō obſtat q; dictum eſt. ī. eo. gl. v. Rñ. qꝛ q; dicit ſe nō interfuiſſe pariter dicit ⁊ de aliis qui adeſſe non pñt niſi vidiſſent eos cum hoc nō ſit verum. nec ob. ī. de proba. tertio. qꝛ ibi indire
5 cte pbauit ꝯriū ⁊ eodē mō rñdeo ad decre. tā literis. ¶ †Si autē aliqs de inſcri. teſti. p duos teſtes tñ pbaret ſe alibi eſſe tpe ꝯtc⁹ celebrati etiā centū probātibus ſe interfuiſſe tpe inſtrumēti celebrati vel inſtr̄i precepti nihilominus falſum erit inſtrumentū nō

q̄ɜ cõtractus nõ pbaē per teſtes:ſed q̄ɜ addidit teſtẽ interfuiſſe, q̄
nõ interfuit. vt.ſ.de his que fi.a pla.q̄nāto.ſed ſi teſtes inſcripti
inſtrumẽto vel aliq̄ dicerẽt eũ interfuiſſe in celebratiõe ꝯtcus vel
tpe inſtri ꝯcepti niſi ꝑ luce clariores ꝓbatiões pbet ſe abfuiſſe
ꝑualebit inſtrm. C.de ꝯbẽ.ſti.optimã.dicũt tñ quidã ꝛ forte non
male q̄ð ſi vnus ſol⁹ nedũ plures negarẽt ſe interfuiſſe ꝯcui vel
inſtrumẽto reliq̄s tacẽtib⁹ vel mortuis etiã ſi.c.eſſent debilitaē
fides inſtrumẽti.ff.quẽad.teſta.aper.l.j.§.vl.nã cũ nullã fidẽ ha
beret hoc inſtrm niſi ex officio notarij hone per ꝯdictionẽ teſtis
ſuſpectũ redditur teſtamentũ:ſiue inſtrm niſi per collationem
ſubſcriptorũ teſtiũ vel cõtrahentiũ iuuaretur inſtrumentũ auē.
de fide inſtrumẽ.§.ſi vero moriaē.ꝛ.§.q̄ð ſi tabellio.ꝛ in his vbi
negant ſe interfuiſſe eſt facienda optima indagatio.C.de falſis.
vbi.C.de proba.iubemus.ita tñ q̄ð ſemper iudex magis ꝓſumat
vt inſtrumentũ valeat ꝙ pereat.ſ.de verbo.ſigni.abbate.nec tan
ti valoris eſt dicta ſuſpitio que oritur ex negatione eorũ qui ſe in
terfuiſſe negant vt inſtrumentũ annihilet niſi indirecto contra
rium probaretur.ſ.de teſti.tam literis.ſ. de proba.tertio.C. de
proba.cũ precibus.niſi in acerrima inquiſitione aliud appare
ret Sed Joã.he.quantũ ad hunc articu.fuit in prima opiniõe.
6 ¶†Si autẽ teſtes dicerent ſe nõ recordari an inſtrumẽto vel cõ
tractui interfuerint:ſed nõ firmiter aſſererent tũc ſtandũ eſſet in
ſtrumento cõtra q̄ð nihil aſſeriē licet dubiteē. nõ eñ tãtam vim
habet dubitatio eius vt ſuſpectum poſſit facere inſtrm imo ex
quo dubitat i tutiorẽ ꝛ. benigniorẽ partẽ declinare debet ſcilicet
vt cõcordet inſtrõ.ar.ſ.de teſti.cum tu ſili.ſ.de ſpõſa.iuuenis.ſ.
de reg.iur.c.ſi.¶†Si vero teſtes cõtradicãt inſtrumẽto aliq̄ ꝙ in
quo ſcripti ſunt dicũt quidã q̄ð ſi factũ eſt remotũ magis credi
tur inſtrumẽtis.ff.de pba.ſi arbiter.ff.de car.l.iij.§.dnc.ff.de dã.
infec.qui bona.§.viti.alias eſt lex ꝛ incipit cauſe.¶Alij dicunt
q̄ð cõtra quodlibet inſtrm admitteē ꝓbatio teſtiũ.ſ.de preſcrip.
ad audientiã.ſ.de teſta.cauſam.C.de pba.cũ precibus.Sed di
cunt neceſſarios.iiij.teſtes ad min⁹ cũ inſtrm vim duorũ teſtiũ
teneat ꝛ notarius maior ſit vno teſte. ꝛ negant magis credendũ
eſſe viue voci ꝙ mortue.nec ob.auē.de fide inſtru.§.ſi vero aliqd
tale q̄ɜ ibi erat viua vox ꝛ inſtrumẽtũ ex vna parte.ꝛ ex alia par
te erat tñ collatio literarũ.itẽ dicũt q̄ð licet priuata ſcriptura
ſuccumbat teſtibus.C.de cõtra.ſti.op.nõ tñ publica que eandẽ
7 vim habet vt teſtes.C.de fide inſtrumen.in ex excedis.¶†Nos
tñ dicimus q̄ð inſtrumento quãtuncũq̄ publice cõfecto ꝛ quã
tũcunq̄ in ſcriptos habeat teſtes derogaē per duos teſtes vel ad
plus per tres q̄ ꝓhibẽt eũ ꝯtcum de quo inſtrm eſt preceptũ nõ
fuiſſe celebratũ.vel illos q̄ dicũt cõtraxiſſe ibi nõ fuiſſe preſentes
predicta rõne:q̄ɜ dictũ inſtrm nõ habuit autoritatẽ niſi a nota
rio.ꝛ huic autori preferri iuſtũ eſt dictũ duorũ teſtiũ.ꝛ hec vera
ſunt niſi teſtes ſuperſint q̄ aſſerant verũ eſſe q̄ð in inſtrumẽto cõ
tineē vel collatione teſtiũ vel ꝯtrahentiũ ꝓbari poſſit q̄ð vere te
ſtes inſcripti inſtrõ cõtractui interfuerũt.ar.auē.de fid.inſtru.§.
ſi tñ.ꝛ.§.ſi vero moriant.ꝛ.§.ſeq.¶†Sed oppones nonne ſi in
ſtrumẽto inſcripti ſunt.x.teſtes vel plures credẽdũ eſt eos affuiſ
ſe cõtractui cũ notari⁹ fidẽ faciat de oĩbus que in inſtrõ ꝯtineē
propter publicũ officiũ q̄ð habet ꝛ ſic credẽdũ eſt eos affuiſſe.er
go nõ pauciores teſtes preiudicabũt inſtrumẽto quã ſint qui in
inſtrumento inſcripti ſunt.rñ.verũ eſt q̄ð diciē q̄diu nõ debili
taē fides inſtri ſed ex quo ꝓbatũ eſt falſum ſcriptũ eſſe inſtrõ.de
bilitaē tota vis inſtrumẽti.ff.de.vi.ſi ad ſacras.alias ſi ad ſcriptu
ras vñ decetero nõ credã q̄ð teſtes fuerint ꝓſentes ꝓbata eñ qua
libetcũq̄ falſitate tollit autoritas ſcriptoris inſtri.ꝛ ita alns que
in inſtrõ cõtinenē autoritatẽ preſtare nõ põt.vt in preallc.c.ſi ad
ſacras.¶Fallit aũt hic q̄ð p teſtes ꝓbeē cõtra inſtrm vbi eſt ꝓ
ſumptio iuris ꝛ de iure.C.ad velle.antique.ꝛ.C.arbi.tu.l.vl.ſed
licet vt ibi diciē nõ poſſit ꝓbare ꝯ inſtrm q̄ð verũ fatereē.põt tñ
illud dicere falſum.Jtẽ nõ obſtant predictis.C.ſi mi.ſe ma.dix.
ſi alterius.C.de rõ nu.pe.generaliter.C.de teſt.teſtiũ.ꝛ auē.roga
ti.C.de ſuffra.l.j.ꝛ.ff.de pba.cenſus.C.qui teſta.face.poſ.hac con
ſul.vbi di q̄ð melior eſt ꝓbatio inſtrumentorũ ꝙ teſtiũ:q̄ɜ bene
fateor q̄ð vbi inſtrm nõ negaē verũ:q̄ð magis ſecura ꝛ indubita
ta eſt probatio ſcripture que immutari non põt quin appareat.
Sed lingua teſtiũ ſatis mutabilis ꝛ labilis eſt:vt.C.qui teſt.fa.
poſ.hac cõ.§.at cũ na.ſ ʒ hec ſecuritas atq̄ prerogatiua tandiu
tñ durat donec ꝯtra inſtrm aliqd rõnabiliter ſit ꝓbatũ. Secus
aũt eſt vbi inſtrm diciē falſum.ꝛ probeē tũc.ſ.q̄n cõflictus eſt in
ter eos q̄ ſcripti ſunt q̄ dicũt cõtractũ celebratũ ꝛ alios q̄ negãt
ſed ſi quereē qui vel quib⁹ teſtib⁹ aliis prepõderare debẽt diſtin
gue vt magiſter Jo.no.iiij.q.iij.§.ſi teſtes.in gl.circa cõtrarieta
tẽ(eãdẽ).C.de ſi.inſtr.in ex.(momẽti).ſ.de teſt.cũ a nobis(intẽ
tionẽ)hic ſatis apparet q̄ð.ſ.petebat principaliē vacuã poſſeſſio
nẽ domus.(¶†Vẽditionẽ)ſatis eſt bona allegatio q̄ɜ iudex hãc
viam eligere debebat.vt fieret cõcordia inſtri ꝛ teſtiũ.argu.ſ.de
teſt.cũ ti.ꝛ ꝓpter hoc etiã.ſ.vt appareat cõcordia teſtiũ vtilis fuit
interrogatio facta a papa.ſ.ſi vna tñ vẽditio facta fuiſſet põt
tñ dici ſi interrogatio facta nõ fuiſſet tñ cõcordia teſtiũ ꝛ inſtri

a ¶Bene dicit.
adð ꝙ Car.in
ꝯſi.lxxij.inci.ſi
gillatim ſingu
li.colũ.v.circa
prin.dicit hoc
dcm ſingulare.
ꝛ ꝑ h̄ allegat
gl.no.i auē.de
teſt.§.ſliud di
cit ꝙ iudex põt
interrogare nõ
vt addat ſʒ ra
tionẽ dictorũ
reddat.

eodẽ modo facienda erat ſicut hic ſit i hac decre.q̄ɜ lʒ inſtrumẽtũ
diceret q̄ð Petr⁹ vẽdidit domũ Joãni nõ negat vẽditionẽ fuiſ
ſe cõditionalẽ.ꝛ ideo ꝓbatio ſup hoc inducta poſtea q̄ð vendi
tio ꝯditiõalis eſſet:erat admittẽda:q̄ɜ nõ cõtradicebat inſtrõ:ſʒ
addebat:nã iudex cũcta dʒ rimari.xxx.q.v.iudicãtẽ.ff.de iterro.
act.vbicũq̄(obligatũ)in cõditionalib⁹ aũt ꝯtractibus nõ cedit
dies aũ euẽtũ cõditiõis.ff.de v.ſig.cedere diẽ(alſ).i.ſm probatio
9 nes nõ ſm veritatẽ.C.de ap.cos.¶(†Cõcluſum hñ)diciē⁹ q̄ð iu
a dex ex officio ſuo poſtꝙ eſt in cã cõcluſum põt interrogare a pti
bus de his q̄ ſunt dubia rõne eoꝝ q̄ acta ſunt aũ ꝯcluſionẽ.nã de
oĩbus nõ pñt q̄rere.alij tñ dicũt cõtra pro hoc.ſ.eo.cum dilectus.

Ex parte cariſ.(In figura.D.)idem forte poſſet etiã ſi dictio eſſet mi
nus vel orõ dũmõ cõprehẽdereē intellect⁹ pape.alij aũt
dicũt q̄ ſi aliqñ intolerabilis eſſet error in iſta vel in cõditiõe.iu
dex tñ niſi occultũ ſit vitiũ ſuſpectas hẽbit literas:cũ multi ſint
officiales in curia q̄ examinãt vicia literarũ.primũ dictũ magis
placet nã ꝑ bullã ſatis tolliē ſuſpitio:ꝛ ocul⁹ ſepe falliē officialiũ.

2 leg.c.ſi.¶ †Itẽ ſi conditio feratur in preſens vel preteritũ vt excõmunico te ſi furtũ feciſti:vel ſi furtiuã rem apud te habes:hec ſententia non ſuſpenditur per appellationẽ.inſti.de ver.obli.§.cõditiones.ff.ſi cer.pet.l.cũ ad preſens.ff.de verb.ſigni.⁊.l.ſi ſtipulatus fuero ſine mand.Itẽ ſi dicat excõico te ſi appellas:ꝙ cito parat ſe ad appellandũ eſt excõicatus:nec valet appellatio.¶ Alij dicunt ⁊ forte melius qđ valet appellatio.⁊ idẽ eſt ſi dicas excõico te ſi eligas talẽ:ac ſi dicas ſi elegeris talẽ.arg.ff.de ver.obli.ſi quis ſtipulatus ſit.Alij dicunt ⁊ male qđ in hoc vltimo caſu nõ valet appellatio.⁊ dicũt quidã ꝙ bene tenet electio:ſed facta electione ſtatim incidit in excõicationem niſi preceſſerit appellatio:q2 neſi teneret electio non teneret excõicatio.arg.C.ſi manci.ita fue.alie.menia.

3 ¶ †Nobis videt ꝙ in his exequẽda eſt ſententia excõicantis que ſi fuit ꝙ tñ poſt electionẽ ſint excõicati tunc obtinebit qđ dictũ eſt.ſi aũt apparet qđ de intentione ſit excõicantis.ſ.ꝙ velit qđ ſit excõicatus ſimul cum electionẽ faciet de facto tunc electio nõ tenebit ⁊ excõicatio tenebit.⁊ hoc idẽ videtur ſi de intẽtione excõicantis dubitetur:q2 ꝙcito verba electionis proferret excõicatus

a erit ⁊ electio nõ tenebit.penetrabilior[a] enim eſt gladius dñi.ſ.ſententia excõicationis ꝙ factũ hominis.ſ.electio.⁊ ideo excõicatio dicitur precedere electionẽ:ſed oppones ſi intelligis qđ excõicatio preceſſerit electionẽ:ergo iniuſta eſt excõicatio q2 ſine cauſa precedente eſt promulgata.ſ.de ſen.excõ.ſacro.¶ Sol.dico qđ ſimul cũ prolatione verborũ incurrit excõicationem ſed excõicatio precedere fingitur propter velocitatẽ ⁊ propter intentionẽ excõicantis que preſumitur eſſe in dubio vt electio nõ valeat. vt.ff.de his qui

4 pro non ſcrip.l.j.¶ †Itẽ quia ex cauſa ſit.ſ.propter inobedientiã que ſtatim fuit ꝙcito deliberato conſilio proponit ad electionem procedere:videtur tñ ꝙ non debet incidere in excõicationẽ q2 electio non tenet.ar.C.ſi man.ita fue.alie.l.ſi.ſed dic aliud eſſe in penis ſpiritualibus que medicinales ſunt.ij.qđ.j.multi.vbi ſufficit mala voluntas ⁊ inobedientia.aliud eſt in penis conuictionalibus ⁊ alijs iudicialibus q̃ odioſe ſunt.⁊ ideo reſtringẽde vt in pre.cõcordantijs.⁊ de pe.di.j.pene.⁊.ff.de penis.l.pſes.⁊.l.interpretatione.⁊ probat vtrũq membrũ ff.de li.⁊ poſt h.cũ quidã.¶ †Itẽ eligẽdo ꝯhit peccatũ inobediẽtie.vnde vere dr ꝙ talis electio infecta eſt peccato inobediẽtie quare non eodẽ modo dicit infecta pena excõicationis q̃ per inobediẽtiam irrogat.Itẽ probo qđ eligẽdo ⁊ non poſt electionẽ tantum cõtrahit excõicationem:q2 ſi poſt ꝯheret iniuſta eſſet excõicatio:q2 ſi hoc diceretur idẽ eſſet hoc dicere excõico te ſi elegeris ac ſi diceret excõico te poſtquã elegeris ⁊ hoc eſſet iniquũ excõicare tũ pro preterito facto vel electione iam facta niſi noua monitio precederet.nobis videtur ꝙ in ſñia excõicationis eſt ſpeciale:q2 ſemper poſſit appellare ante diem ſtatutã

5 etiã ſi vſq ad annũ durarent:⁊ hoc hic expreſſe dicit.¶ †In alijs autẽ ſententijs eſt ꝯtrium.š.de re iud.qđ ad conſultationẽ.ij.q.vj.biduum.ratio aũt diuerſitatis eſt:q2 ſententia excõicationis ſemper trahit a die cõditionis.qđ probo:q2 ante non tenet ſententia:q2 ſi ſententia teneret eſſet excõicatus:⁊ ſi eſſet excõicatus deberet vitari:ſed excõicati appellatio eũ non releuaret:q2 hec ſentẽtia ſecum trahit executionẽ.ſ.e.paſtora.Itẽ licet prelati ex toto poſſint tollere ſententias excõicationis p abſolutionẽ:ſuſpendere tñ non poſſunt eas hoc modo.ſ.ꝙ excõicati ſint ⁊ non vitent.alũ nõ peccent cõicando ſacramẽtis vel ingerẽdo ſe cõioni aliorũ.ſ.de cle.excom.c.illud.⁊.c.ſi celebrat.vel qđ ab alijs non vitent:q2 nec in hoc prodeſt priuilegiũ apo.ſed.ſ.de ſen.excom.c.nulli.⁊ idẽ videtur in interdicto hominis.vt not.ſ.de pri.vt priui.nec facimus differentiam.ſiue excõicator dicat excõico te ex tunc ſiue dicat tũc ſis excõicatus:q2 ſemper ſententia trahit ad diẽ cõditionis.¶ †In alijs aũt ſententijs quas ſuſpẽdere licet eſt ꝯtrium:q2 ſtatim ſatis tenet licet ſuſpendat per cõditionẽ.⁊ ideo a prolatione eius intra decẽ dies eſt appellandũ.⁊ hoc vera ſunt in ſententijs q̃ ferunt cũ cauſe cognitione:q2 ſi aliter ferunt ⁊ cum appellatione ⁊ ſine appellatione licet ꝯuenire.C.cõmi.vel epi.progra.l.interlocutio.⁊ duab[9] ll.ſeq.(medio epe)intra.x.dies a die late ſñie.⁊ ita nõ eſt cõtra.š.de re iud.qđ ad cõſultationẽ.contra.ij.q.vj.biduũ.in prin.So.illud verũ eſt:vt dictũ eſt.š.in ꝑalleg.gloſ.ver.nobis videt ⁊c.ſi aũt ſempronius prorogauerit terminũ non incidit in excõicationem.ar.ff.de preca.latã.q2 non eſt cõtumax.xj.q.iij.certũ.¶ †Itẽ ſi adueniente termino prorogato nõ ſoluit incidit in excõicationẽ.ar.ff.de preca.ſed ſi manente.⁊ q2 terminus videtur prorogatus cum ſuis acceſſorijs.⁊ poteſt hoc facere q2 excõicatio paris iuriſditionis eſt quã prorogare poteſt.š.de offi.dele.de cauſis.⁊ ar.ff.ſi quis cau.l.ij.in prin.ff.de arb.celſus.š.de do.cũ dilecti.¶ Alij ꝯdicunt dicentes eũ excõicatum pro eo qđ ſatiſfecerat in termino prorogationis recepte.tum etiã quia prorogationẽ a parte nõ a iudice recipit cuius.ſ.iudicis eſt prorogandi iuriſd.⁊ ſic ipſum contẽpſiſſe videtur ⁊ ex contẽptu iudicis quis ligat.tum etiã quia q̃ſi excõicatio fertur ab habẽte iuriſd.in duobus tñ caſibus non dz tenere ſcz qñ poſt app.legitimã.⁊ qñ intolerabilẽ errorẽ expreſſum cõtinet.ſ.de ſent.excõ.p tuas.in ſi.ſi tñ pars in termino reputauit ſibi ſatiſfactum.tunc non eſt excõicatus:q2 ſatiſfacere eſt quemadmodum voluit creditor.ff.de pig.act.ſi rem.§.omnes.

Secundo requiris.

ſ.eodẽ.inquiſitionis.contra.ſol.ibi(cogi).š.de offic.deleg.ſuſpitionis.(quod ſi coram).ſ.eo.ti.c.cum ſpecialis.

An ſit.

(Deferendũ)caſus.Albericus conueniebat.B.ſuper fundo.Albericus actor appellauit ante ſñiam ex iuſta cauſa.poſtea idẽ Alberic.ſpoliauit.B.reum fundo petito ⁊ hic ꝙ reus ſpoliatus poterat petere qđ iudex a quo appellatũ eſt faciat reſtitui ſibi dictã poſſeſſionẽ ⁊ qđ procedat in cauſa:q2 ex quo ſue appellationi non detulit expoliando aduerſariũ non poteſt ſe iuuare quin teneatur coram iudice reſpondere a quo appellauit.š.eo.cum teneamur.š.de reſcrip.ex parte.a.alũ enim nõ bene video qđ appellatio huiuſmodi.decre.in reo appellãte habeat locum in iudicio. extra autem iudicium poſſet habere locum ſicut habes.š.de elect. bo.me.ma.vbi not.(interpoſita)ab actore qui expoliauit reũ(neglexit)expoliando reũ fundo petito:vt.š.in caſu dicitur.⁊.š.eod. conſtitutus.de reſcri.ex parte.a.

Nouit ille.

(Interdicti)contra legatum appella.ſe.Rex Francie in quodam negocio in quo ipſe legatus volebat procedere contra eum propoſuit quod habebat eum ſuſpectum ⁊ appellauit ab eo.legatus autem nihilominus proceſſit commendatur hic proceſſus cum eſſet merus executor in illo negocio(poſſit).ij.qđ.vj.ab executore.⁊ intellige de mero executore ſecus ſi habet admixtam cognitionẽ.š.de offic.deleg.paſtoralis.¶ (Excederent) idem eſt ſi diminuerent.C.de excep.rei iud.ſi vt vel ſi dolo aliquid facit.ff.de neg.geſt.l.iij.§.ſi executor.vel ſi obijciatur excõmunicatio iudici ꝙuis eius ſententia non ſemper retractetur.š.ti.prori. ad proban

a ¶ Penetrabilior.adde qđ p ꝯ facit.l.ſi poſt mortẽ.in prin. ꝟ.nũc eũ.ff.de le.j.⁊.l.iulian[9] ff.de cõdi.⁊ de.⁊ refert Pan. de ca.l ꝯſ.xvij. ic.l qõne q̃ ꝟ. col.ij.poſt pri.

ad ꝓbādum vel aduerſarij.ē.de exce.exceptionē.xi.q.iij.cū excōi-
cato.vel ſi ſit facta nouatio.ff.de re iu.l.iiij.§.ſi quis ex conuentio
ne.vel ſi preuenit quadrimeſtre tp̄s.C.de appellatio.ſi quis.vel ſi
male interpretetur ſententiam.ff.de appellati.ab executore.vel ſi
obiciatur queſtio falſi.C.ſi ex falſis.l.iudicati.vel ſi non conſtat
ſibi quare d3 executioni mādari.ē.de preſcri.auditis.vel ſi obicia
tur exceptio per quam contenditur retro iudicium nullum.ē.de
procur.in noſtra.C.de procur.licet expoliationem autem non cre-
dimus retardare executionem (fuiſſet) no.merum executorē non
licere recuſare.

1 ☞ Doloſe appellans tenetur ad expenſas.
2 Expenſe taxandē per iudicem que ſint ⁊ quo tempore id facere
poſſit in nu.3.
4 Appellans quando vocari debeat.
5 Excommunicationis ſentētia ſemper tenet ſiue proſequatur ap-
pellator ſiue non.
6 An poſſit poſt tp̄s appellationis ꝓſequēde ꝑfixum iudicis offiū
implorari vt petaꝛ excōicationis ſn̄iam nullam pronunciari.
7 An iudex qui appellationi non detulit ⁊ alias quam in excom-
municatione poterit conueniri ab eo qui appellationem ſuā non
eſt proſecutus.
8 Differentia termini ꝑfixi ab hoīe vel a iure circa preuentionem.

SEpe cōtingit (Alterius) ſiue appel-
lās ſiue appellati (occul-
tantis) no.ſi procurator occultat mandatum a princi
pio ꝯdēnaꝛ dominus:vt hic ſecus ſi poſtq̄ cepit agere
procurator ⁊ factus eſt dominus litis ⁊ ſit contumax vel aliquid
malitioſe agat tunc eñ tantum ꝓcurator puniꝛ de dolo.ff.ſi quis
ius di.l.j.⁊ no.ē.vt lite.nō ꝯteſt.ad hoc.(lateraň.cō.) ē.c.repreben
ſibilis qđ tñ ſoli appellanti non ꝓſequēti appellationem penam
1 imponit nō appellato(a parte) ꝯ quā appellaꝛ.(❡ † Expēſarū)
⁊ etiā ſi appellatus nō venerit:ſed aſs p appellationem oportuit
ipſum facere expēſas tenetur ad expenſas per actiones de dolo:ſi
doloſe appellauit:vel etiam actione in factum ſi temerarie ar.ad
hoc q̄ꝛ eſt iuſtū q̄ in expenſis hmōi puniatur:vel officio iudicis
⁊ q̄ꝛ actiones alie non ſunt iuſtum eſt has dari.argu.ē.de reſcrip.
ex parte.ē.de dolo.in prin.⁊.§.j.ff.de diuer.⁊ tempo.ꝑſcrip.l.quo
ties.expenſe autē que fiunt in cā appellationis emiſſe in iudicio:
etiā oēs q̄ facte ſont poſt ſn̄iam etiā anteq̄ appellaret.⁊ que facte
ſunt in cā principali a qua appellatū eſt cum iudex appellatiōis
ſuccedit iudici principalis cauſe ei liceat addere ⁊ diminuere.ē.de
teſta.raynutius.in fine.C.de ſent.que ſine cer.quanti.l.j.ff.de vſu.
tutor.⁊ q̄ꝛ licet ei reuocare cōdemnationem expēſarum factam in
principali eadē rōne ⁊ ſupplere:l3 veniūt iudicis of.C.de ſent.que
ſine cer.quā.l.j.ff.ne vſur.tut.ot.⁊ h3 locū qđ hic dicꝛ ſm quoſdā
etiā ſi appelletur extra iudiciū.⁊ h3 locū q̄ hic dꝛ de expenſis cō-
petentibus iure actionis ⁊ de expenſis que fiunt extra iudicium.
ꝓ expenſis aūt que fiunt in iudicio nō competit aliqua actio niſi
de illis iudex pronunciet in ſn̄ia.C.de fru.⁊ liti.ex.terminato.C.
2 de poſtu.l.fin.vel eodē die.ff.de re iudi.paol⁹.in fine. ❡ † Et not.
quod non ſolum expenſe que fiunt in iudicio ⁊ que veniūt ex offi
cio iudicis:ſ3 etiam que ſunt extra iudicium ⁊ q̄ veniūt iure actio
nis taxari debēt officio iudicis.⁊ poſtea p iuramentum petentis
probāde ſunt.C.de iud.ſancimus.C.vnde vi.ſi qñ.aut.de iudi.§.
oportet.que generaliter loquitur de oīb9 expenſis.Item ad ex-
pēſas q̄ fiunt añ lit.ꝯteſt.iudex condēnabit ex officio ſuo.⁊ etiam
mulctabit iudicem.ff.ſi quis ius di.nō ob.l.j.etiam delegatus.ff.
3 de offi.eius cui mā.eſt iuriſ.l.fi. ❡ † Itē no.q̄ l3 iudex a prin. non
condēnet contumacē ad expenſas.tamen poſt lit.conte.⁊ ſemper
vſq3 ad ſententiā ⁊ etiam in ſentētia poterit condēnare ad expen-
ſas etiā ſi ſententiam ferret pro cōtumace.⁊ non tantū tēpore ſen-
tētie ſed etiam eadē die.vt dictum eſt.cum enim officium iudicis
ſemper duret a prima citatione vſq3 ad finem litis nō video qua-
re quādocunq3 velit non poſſet condemnare cōtumacem ſiue an-
te litem conteſt.ſiue poſt:imo plus quod etiam ſi ante lit.conteſt.
iudex pronunciauit non obſtante exceptione milicie ꝓcuratorem
admittendum.vel non obſtāte exceptione ſpoliationis vel excōi-
cationis ꝓcedendum in cā.⁊ nihil dicit de expenſis.nihilominus
poſtea lit.pen.vel in fi.litis poterit ad expenſas occaſione predi-
cte exceptionis reprobate factas illum qui fruſtratorie exceperat
cōdemnare imo dicunt quidam q̄ in his caſibus non poterit ap
pellari a condemnatione expēſarum cum decem dies effluxerint
a die prime ſentētie.⁊ iſta ſentētia expenſarū ſit executio p̄me ſen
tentie.ff.quod me.cau.ſi cum exceptione.§.aliqñ.ff.de dolo.arbi-
trio.niſi excederet in taxatione expēſarum vel niſi proponens ex-
ceptionē poſſet excuſari qđ probabiliter propoſuit exce.licet ſuc-
cubuerit.ff.de leg.ij.quiq3 ſolidū.§.etiā.⁊ in predicto.§.in aut.de
iudi.§.oportet.itē videꝛ q̄ iudex pōt poſt lit.conte.reuocare pre-
dictas latas īterlocutorias.ff.de re iu.qñ iuſſit.aſs tñ ratū manet
qđ per eos factum eſt.ē.de exce.pia (a parte) cōtra quē appellaꝛ
(approbata) nā ſi appellatio non reciperetur neq3 a iudice neq3
a parte nō habet locū hec conſtitutio.ē.c.interpoſita.§.j.(abſen-
tem) ſiue appellātem ſiue appellatum (procederetur) p iudicem
4 appellationis. ❡ († Peremptorie) not.nō eſſe neceſſe vocari ap-
pellantem ex quo prefixus terminus eſt appellatiōis vel a iudice
vel a partibus ⁊ tunc neceſſe eſt expectari finē termini vt vel ꝓce-
datur ſi appellauit ante ſn̄iam.ē.co.reprehēſibilis.⁊.c.pſonas vel
vt rata maneat ſn̄ia ſi appellatū eſt a ſn̄ia.ē.co.cum ſit ro.Termi
num aūt a iure ſtatutum pōt preuenire appellatus per modicū
tp̄s ſi vult q̄ cognoſcaꝛ de iuſtitia prioris ſn̄ie vel ſi vult expecta-
re finem legalis termini rata manet ſentētia.ij.q.vj.appellatore.
Appellator autē non h3 neceſſe expectare ꝓpe finem anni.ſed ſta
tim pōt proſequi ne labatur annus.ē.c.oblate.⁊ gn̄aliter dicimus
qđ vbi terminus prefixus eſt a iure tātum q̄ ſiue appellatus ſiue
appellās ſit abſens ad hoc qđ ꝓcedatur neceſſe eſt eum vocari.C.
de ap.aut.appellatore.ē.co.per tuas.⁊.c.nicolao.⁊.ē.de priuileg.
cum olim.ſed ratā ſententiā bene habebit ſine citatiōe ſolo lapſu
5 anni vt dictum eſt. ❡ † Sed nunquid idem dices in ſn̄ia excōica-
tionis vt lapſu temporis anni ſi non ꝓſequatur appellator quod
ſn̄ia tranſit in rem iudi.⁊ quidā dicunt q̄ ſi excōicatio preceſſerit
appellationē hec queſtio qōnē nō h3:q̄ꝛ ſn̄ia excōicationis ſemꝑ
tenet ſiue ꝓſequatur appellationē ſiue nō.ē.de offi.ordi.ad repri-
mendam.ē.c.paſto.in fi.ſi vero appellatio ꝓcedat excōicationem
tunc queſtio locum h3 ⁊ eſt dicēdum q̄ ſi intra tp̄s ſtatutum ap.
non ꝓſequatur eſt retro excōicatus a die excōicationis late.ff.ex
quib.cau.infa.l.furti.in prin.C.de tēp.app.l.pe.§.illud etiam.⁊ ſi
queratur an ea teneant que medio tēpore geſſit.ſ.inter excōicatio
nem ⁊ tp̄s finitum proſequende appellatiōis.Rn̄deo q̄ interim
vitandum eſt in iudicio ⁊ in aliīs niſi in cauſa appellationis ꝓſe
6 quende.ē.de ſen.excō.per tuas. ❡ † Sed nūquid poteſt poſt tem-
pus appellationis ꝓſequende prefixum implorare officium iudi
cis vt petat ſn̄iam excōicationis nullam ꝓnunciari:vt pote poſt
appellationem latam.arg.q̄ ſic.ff.de ap.ſi expreſſum.ſed videtur
contra.ex quo tp̄s appellationis proſequende lapſum eſt renun-
ciaſſe videtur appellationi.vt iudex ea non obſtāte ꝓcedere poſ-
ſit ⁊ ratum ſit quicquid fecit.ē.c.cum ſit ro.perſonas.item q̄ꝛ hoc
dicere nō poteſt niſi proſequēdo appellationem:ſed ex alia cauſa
quā ex qua appellatum eſt vellet dicere ſententiam excōicationis
nullam poſt tempus elapſum:puta quia excōmunicator nō eſſet
iudex ſuus bene poſſet.⁊ hoc ipſum.ſ.qđ poſt tempus appellatio
nis proſequende prefixum:poſſit dicere ob alia cauſa ſententiam
nullam vel quicquid aliud factū eſt.obtinet etiā in ſentētiis aliis
⁊ etiam in negociis ⁊ extra iudiciū habitis obtinet:vt.ē.c.priori.⁊
ē.eo.ſolicitudinem.arg.cōtra pro prima parte.ff.de inoffi.teſt.cō-
tra veterani.§.ſi quis filius.ff.ex qui.cau.maio.nec non.§.penul.
vbi dicitur quod intra idē tempus locum habet exceptio inoffi.
teſta.⁊ reſti.in integ.intra quod habet locum ipſa querela ⁊ peti
tio reſtitutiōis in integrum nec mirum quia que tēporalia ſunt
ad agendum:perpetua ſunt ad excipiēdum.ff.de do.excep.pure.
ergo eadem ratione ſi due actiones ad idem competunt.ſicut hic
competunt proſecutio appellationis ⁊ officium iudicis ad dicen
dum ſentētiam nullam etiam ex alia cauſa quam q̄ꝛ poſt appella
tionem lata eſt.puta q̄ꝛ iudex non erat intra idem tempus ꝯſtrin
guntur hic facilis eſt reſponſio:q̄ꝛ ſemper intra idem tp̄s ⁊ actio
⁊ exceptio tolluntur ſi excipiens fuit in mora.ſi enim in mora nō
eſſet perpetue ſunt exceptiones:ſicut patet ſi aliqs fuit exhereda-
tus qui ⁊ dum poſſidet eſt in mora q̄ꝛ h3 querelam que nō datur
directo contra eum poſſidentē ſed cōtra teſtamētum idē dicimus
de reſtitutione.ſed in actionibus conſtat eſſe cōtrarium.quia ad
maius tempus competit vna quā alia etiā vno ⁊ eodem facto ad
maiorem quātitatem ⁊ hic non ſunt diuerſimodi.vnus agendi ⁊
alius excipiendi:ſed vterq3 eſt modus agendi vnus quo proſequa
tur appellatio:alter quo directe intentat officium iudicis ad re-
ſcindendam ſententiam ex alia cauſa.vt not.ē.de offic.deleg.cum
contingat.vel dic quia quod dicitur q̄ intra idē tempus reſtrin-
guntur ⁊ actio vel exceptio vel due actiones.⁊ tunc verum eſt vbi
ſimul ex eadem cauſa oriuntur.⁊ ad idem tendant.ad hoc nō na-
ſcitur ex eadem cauſa ſed ex diuerſis.nam ex alia cauſa naſciꝛ pe-
titio quando petitur ſententia nulla pronunciari:pro eo q̄ poſt
appellationem lata eſt que intra tempus tantum appellationi
proſequēde prefixum locum habet ⁊ ex alia cauſa puta:q̄ꝛ expreſ-
ſit errorem vel quia non fuit iudex in electionibus:quia non fue-
rant vocati qui fuerant euocādi q̄ licitum eſt.⁊ ſic non obſtat.ff.
de his qui nota.infa.furti in principio.vbi dicitur q̄ condemna
tus furti non proſequēs appellationem fingitur infamis a die la
te ſententie:quia pretextu appellationis proſecute nō habet auxi
lium ſed ſi aliis dicere poſſet ſentētiam nullam bene audiretur nec
fieret infamis.hic autem vt premiſſum eſt aliud auxilium cōpe-
tit ſuper quo auditur.⁊ quo probato apparet ipſum excōmunica
tum non eſſe nec facimus differentiam.an in iudicio vel extra iu-
diciū appellatum ſit. ❡ Sed oppones cōtra id quod dictum eſt
ē.qđ poſt tranſac.temporis appellationis ꝓſequende non poteſt
dicere ſn̄iam nullā ex ea cā q̄ poſt appellationē lata eſt quomodo
id quod nō tenuit puta q̄ eſt poſt appellationem pōt fieri ratum

alis omiſſionem pſecutionis ap.rñdemus bene:vt.ff.de in.lz.ff.rẽ
ratam hab.l.iij.§.falſus.⁊.l.pe.§.vlt.quidam eñ dicunt ꝙ contra
ſnīam precedentem ap.non poſſum aliquid dicere niſi app.proſe-
quatur intra annum.⁊ ſic intelligitur furti actio:ſed cõtra ſnīam
ſequētem appellationē etiam poſt annū pōt dicere etiā de appel
lato.ſed prius dictū magis placet.in ſnīa tñ excõicationis dicūt
aliqui ꝙ etiā poſt annū poſſit dici ꝓpter appellationē precedētē
nō tenuiſſe qꝛ capit effectū ex taciturnitate vel tēpore ſed ex inten
tiõe ⁊ poteſtate excõicātis que nulla erit poſt ap.⁊ qꝛ fecit trahit
7 executionē.j.e.paſtoralis. ¶ †Sed nunquid iudex qui non detu-
lit appellationi in aliis ꝙ in excõicatione poterit conueniri ab eo
qui nō eſt pſecutus appellationē ſuā:qꝛ litem ſuā fecit vel qꝛ per
impudētiā iudicauit.ar.ꝙ ſic inſtit.de obl.que ex qua.delict.na.
in prin.ar.ꝙ nō.qꝛ culpabilis fuit ꝙ non pſecutus fuit appella-
tionē ergo agere non pōt iſta actione.ff.de euictio.herēnius.§.
vlti.⁊ qꝛ non pōt pſequi cām appellationis.qꝛ annus elapſus eſt:
nec ea que pendente ex ea.ſ.qḋ fecerit litē ſuā.vel alia hmōi quaſi
eis videatur tacite renunciaſſe.j.e.ſolicitudinem.ff.ſi quis cauti.
l.ſi eum.§.vlt.tamen ſatis credimus ꝙ ex cauſis predictis poſſit
conueniri ⁊ ad minus condemnari poteſt in viginti pondo auri.
C.de app.quoniam iudi. (eam) appellationem. ¶ (Vigorem.)
ſed in iſto caſu ſi appellans non mittat procuratorem ad proſecu-
tionem app.ſed ad impetrandum literas tantum nō imputatur
ei j.eo.interpoſita.§.j.⁊ idem etiam credo de appellato cum non
ſit in culpa:qꝛ iudex appellationi nō detulit. ¶ (Appellationē)
hmōi id eſt terminum.ap.prefixum.ei enim pōt apponi ꝙ legiti-
mo impedimēto detentus ſit is qui debuit ipſam appellationem
8 proſequi.ff.ſi quis cau.l.ij.⁊ per totū. ¶ (†Terminum) ſi de ter-
mino pfixo ab homine loqueris illū nec vna die lz preuenire nec
impetrādo literas nec pcedēdo in cauſa ap.ſi loqueris de termi-
no prefixo a iure illū lz preuenire ſed modico id eſt per mēſem ab
appellato petente ꝯfirmationē ſnīe:vt nō videatur malitioſe pre-
uenīſſe aduerſariū.vt.ij.q.vj.appellatore eſ.literas aūt impetra-
re quādocūqꝫ pōt dūmodo ceſſet malitia.j.eo.oblate appellator
aūt pōt proſequi qñcūqꝫ vult dūmodo nō malitioſe preueniat ⁊
impetrando literas ⁊ pſequēdo ap.ſi oportebit citari appellatū
⁊ eſtimabitur.hoc ſm arbitrium iudicis.

Conſtitutus. (Tranſtulerūt.) hec tranſla-
tio votorum hodie nō admit-
teretur niſi ſm tenorem decr.s.de elec.qꝛ propter.in ſi.ſ.
ſi eſſet abſens in loco vnde vocari dz ⁊c.vt ibi (quibuſdam) qui
nō tranſtulerunt votum:ſed in eum cõſentiebant expreſſe per ſe:
qꝛ expreſſe conſenſerant non collata voce in epm. ¶ (Epiſcopo)
ſic illi que cõmiſerāt vocem epo:ſed vt dicunt qdam hoc ſpāle in
legatis qui de latere ſe.ap.trāſmittūtur:ſed cõtra eſt.j.de acc.ad
petitionē.vel dic nō fuiſſe de iure.ſed qꝛ partes nō cõtradixerūt
papa ſtat tali inſtructioni. Alij dicunt ꝙ ꝓpter moram que peri
culoſa eſt in electionibus in eis ſpecialiter conceſſum eſt.ar.s.eo.
qua fronte.§.j.⁊.j.eod.oblate.§.vlti.vel poteſt dicere qḋ hic dici-
tur eſſe ius commune:qꝛ ſi appelletur ab aliquo iudice ⁊ maxime
extra iudicium.⁊ poſtea ille qui dicitur appellatus coram eodē
a quo dicitur appellatum vel coram ſuperiore vel quocunqꝫ alio
proſequatur ius ſuum ſuper eo de quo dicitur appellatum.⁊ ad-
uerſarius dicet.dñe nō debes te intromittere de hoc negocio: qꝛ
ſuper eo appellaui ad papam.ſi aduerſarius neget appellationē
vel confirmet eam:ſed dicit ꝙ per eum non transfertur iuriſditio
ad iudicem app.quia nihil factum eſt contra appellationem.vel
dicit tempus appellationis pſequēde effluxum bene audiet hu-
iuſmodi replicationes ⁊ pbationes ſuper eis. ¶ Et ſic erit argu.
op.j.eo.ro.§.ſi vero niſi forte ſuperior incepiſſet cognoſcere : quia
tūc cauſam a iudice app. attemptatam nullo modo inferior tāgere
debet.s.de offi.deleg.paſtoralis.§.ij.vbi no.ſed his contradicere
videtur litera vbi dicit qḋ intromiſit ſe de cauſa iſta nō vt dero-
garet appellationi ſed vt cām inſtructam remitteret.ſed dic ꝙ he-
ut legatus iure legationis, poterit cognoſcere ⁊ poterat ſuper hu-
iuſmodi probationes recipere.ſicut quilibet alius ordinarius.et
hoc nō faciebat vt derogaret appellationi ſi appellatio tenebat.
ſed de hoc volebat cognoſcere vt dictū eſt an ad ſuperiorem per
appellationem eſſet iuriſditio deuoluta:an apud ſe remāſiſſet.et
ſenētia ſuper hoc lata preiudicabit partib⁹ niſi appellent.ff.de
iudi.ſi quis ex.j.eo.ſolicitudinem. ¶ (Aſſenſu) no.quod per ap
pellationem extra iudicium tenetur quis proſequi intra annum
quod fateor verum eſſe computato anno a die quo ſit contra ap-
pellationem:nam tunc incipit app.tenere ⁊ nō ante diem grauā
minis currit annus.C.de preſcri.xxx.ann.l.fin.§.illud autem.⁊.§.
ſi.⁊ ſunt hec vera niſi recedatur ab appellatione:vel quia appel-
lans renunciet:vel quia cauſa eſt iniuſta quare appellatio ceſſet.
j.eo.ſolicitudinem.vel quia ille a quo appellatur remouet grauā
men.j.eod.cum ceſſante. ¶ (Ne tamen).q.d.⁊ ſi.xj.non ſunt ad-
mittendi ad pſequendam appellationē tamen ſi volunt excipere
non tanqꝫ appellātes audiendi ſunt.ſed nec cogūtur excipere niſi
velint.⁊ ideo non excipientibus eis mandat inquiri de ſequenti-
bus hic in litera vel reiecta appellatione procedit papa ex officio.
¶ (Exceptiones) ꝓpoſitas cõtra electū in decanū petētem cõfir-
mationē.licet litera videtur cõtradicere in prin.vbi dicit qḋ epus
cõtulit ei decanatum:ergo erat cõfirmatus.nō ergo eam petebat
ſed expone ibi cõtulit decanatum.i.ius in decanatu petendo per
electionē quam de eo fecit.non enim eligēdo cõfirmare intelligi-
tur.vt no.s.de elec.cum inter ca.vel dic quod hic vocat exceptio-
nes cauſas quas ꝓponebant cõtra electionē petendo eam caſſa-
ri.ſepe enim hec exceptio vocatur actio.j.de accu.ſup his.vbi di-
citur ꝙ tribus modis agitur de crimine.⁊ not.s.de poſtu.prela.
c.j.vel dic quod etiā ſi p cõfirmato debet haberi tñ excipit.no.s.
de cā poſ.cum olim (facto epi).i.iuri ſibi queſito p collationem
epi (nititur) modo (pretermiſſis).i. contemptis (predictis).xj.
(tranſlatione) illi q cõmiſerūt vices ſuas epo tali tenore cõmiſe-
runt ſi illi.xj.ſecum conuenirēt (nominationē).xj.eñ elegerāt vel
nominauerant alium de quo hic non ſit mentio.

1 ¶ Iuris ignorantia neminem excuſat.
2 Rationabilis cā appellationis extra iudicium emiſſe non caſſat
qḋ ante appellationem factum eſt.
3 Confirmationis effectus impeditur per infamiam.
4 Confirmationis effectus non retardatur per appellationem non
iuſtam.
5 Per appellationem non ſuſpenditur confirmatio.
6 Exceptio nil aliud eſt ꝙ actoris vel intentionis excluſio.
7 Qui modi agendi ſunt poſt confirmationem.
8 Nunquid epus ante adeptam poſſeſſionem teneatur petere cõfir-
mationem vel ordines.

Conſtitutis. (Duobus.) Quidam dicunt
ꝙ hoc hodie eſſet ꝯtra formā
ſi ſe aſtringerent ad duos tantum quod eſſet contra for-
mam.s.de ele.quia propter. Tu dic tātum de duob⁹ poſſet fieri
ſcrutiniū ⁊ cõpromiſſum cum nō ſit ꝓhibitum.imo hic inuenit
ꝙ tantum duo de ſuo collegio eligāt.ſi ſit ibi dignus.lxj.diſt.nul-
lus.in.vel idem de alia certa eccleſia.j.de ver.ſig.abbate.s.de con-
ſue.cum dilectus. ¶ (†Appellauerit) q̄ritur ſi poſt talem appel-
lationē miſſus fuiſſet in poſſeſſionē ꝓpoſiture cancellarius ⁊ po-
ſtea pnunciata eſſet iuſta appellatio an cancellarius poſſet recu-
perare ſua priora bñficia.⁊ maxime ſi eſſent alij collata. Reſpon.
nō ſi talia erant prima bñficia que habent curam animarum vel
perſonatus.als aūt lz.j.de pben.de multa:argu.xxj.q.ij.ſi qs iam
1 ¶ †Si dicis nec ob.qꝛ nō hz pacificam poſſeſſionem:⁊ quia ad-
huc ꝓpter appellationem pōt caſſari eius electio argu.j.de accu.
ſup his.intelligimus enī qḋ dz ⁊ ſufficiat habere pacificam poſ-
ſeſſionē de facto ⁊ ſi de iure nō habeat cū de iure ignorātia nemi-
nem ⁊ maxime prelatos non excuſet:vt.s.de tēp.or.c.vel non eſt.
Itē appellatio ei ꝓdeſſe nō pōt cum ei non detulerit.s.eod.con-
ſtitutis.an ſit.nec enī iudicis autoritas excuſat:vt.j.eodē.dilectis
circa finē.⁊.s.de temp.ord.dilectus. Si autem non eſſet appella-
tum ⁊ intraſſet poſſeſſionem ſcōe eccleſie ſiue qñ intrauit moue-
batur ſibi lis ſiue non priora beneficia non recuperat.argu.xxj.q.
ij.c.ſi quis iam. Si vero ſit confirmatus tantum nec habuit poſ-
ſeſſionem prima beneficia retinet.xcij.diſt.ſi qui epi.argumē.con
tra.lxxij.di.placuit. Sed illud loquitur de adepto poſſeſſionem
de hoc etiam not.j.de preben.de multa. ¶ (Alia) hoc licet quan
do appellatur a ſnīa.C.de tem.ap.per hanc.ante ſnīam autem
non (explicare) inter iſtum ⁊ hunc ſequentem ſcz (non ergo) de-
ficit totus iſte textus ſequēs ſm ꝙ cõpertū eſt in regiſtro ⁊ icipit.
Nec [illegible]pellatio quam poſt cõfirmationem obiecerat. confirma-
tioni[illegible]actum debuit impedire quoniam a maiori parte contra
conſtitutionem maioris ⁊ ſanioris nulla rationabili cauſa obie-
cta vel oſtenſa interpoſita fuerat.quia ⁊ decanus apponēs ratio-
nabilem cauſam ſue appellationis nec oppoſuit nec oſtēdit nos
2 ergo ⁊c. ¶ †Rationabilem.⁊ idem etiā ſi rationabilem cauſam
appellationis expreſſiſſet.nam rationabilis cauſa appellationis
emiſſe extra iudicium nō caſſat quod factum eſt ante appellatio-
nem:nec impedit eius executionem vel effectum ſicut hic erat qḋ
cõfirmatio hec de qua hic loquitur fuit facta ſine ſolēni cauſe co-
gnitione.qḋ factū tenet.s.eo.c.pri.lz melius eſſet ſi ſit factum cū
cauſe cognitione. Secus autem eſt in appellatiōe emiſſa in iudi-
cio:qꝛ illa ſuſpendit ſententiam ⁊ effectum eius.ff.ad turpil.l.j.in
fin.⁊.s.de offic.delega.c.paſtoralis.§.preterea. Item ſecus in his
que ſiunt poſt appellationem quia illa bene impedit appellatio
nem etiam extra iudicium emiſſam.s.e.ad audiētiā.niſi ſint alia
que ſequunt̄ ex his que pcedūt appellationē ſicut eſt hic. Nam
ſicut appellatio nō impedit precedētia:ſic nec ex eis ſequētia vn-
de ex quo cõfirmatio preceſſit appellationē appellatio nō debet
3 impedire effectum confirmationis. ¶ †Et intelligo vera niſi in-
famia eſſet:quia tunc bene impediretur effectus confirmationis
j.de accu.accedens.⁊ no.s.de cā poſ.⁊ proprie.cum olim. Alij di-
cunt vt no.in gl.que incipit qꝛ appellatio.fatemur tñ qḋ talis ap
pellatio negocium huius cõfirmationis trāſfert ad ſuperiorem.
alij dicūt ⁊ nō improbabiliter ꝙ cõfirmatiōe facta etiā in forma
iudicij

iudicij non valet appellatio.nec eſt ei deferēdum niſi aſſignet iu-
ſtam cauſam appellationis.ar.opti.hic ⁊ melius in additiōe hic
poſita quā extrarim⁹ de regiſtro.⁊ arg.ſ.de hijs q̄ fiunt a ma.par.
ca.c.j.Si aūt rōnabilē cām ſubijciat ſuſpēdet effectū confirmatio
nis precedētis.⁊ p ↄſequēs nullū ſortiet̄ effectū vt hic colligit̄.ar.
a cōtrario ſenſu.Si aūt appellet̄ a cōfirmatione extra iudiciū iā
facta nullo mō ſuſpēdit̄ ↄfirmatio nec effect⁹ ei⁹ qđ ex eo ꝓbat̄ qꝛ
nō dī ↄfirmationē nō tenere vt plen⁹ in gl.not.q̄ incipit ꝙ eſt ⁊c.
ver.talis.verūtamē appellatio valet ēt extra iudiciū facta.⁊ ēt in
ꝑcedēti grauamine ad hoc qđ negociū trāſſerat̄ ad ſuperiorē hoc
modo ꝙ nullus iudex ordinarius poterit ſe intromittere de nego
cio ſup quo appellatū eſt.niſi iudex appellationis.niſi renunciet̄
appellationi tacite vel expreſſe.ſ.de elect.ſtatuim⁹. appellatio eīm
extra iudiciū ꝓprie fit a grauamine futuro.ſ.eo.cōſuluit.j.⁊.ij.ſ.
eo.ad audiētiam.ſ.c.proxi.ſ.e.bone me.In hijs eīm oībus eīm a fu
turo vel inſtāti grauamine appellat̄ ⁊ nō a preterito. ¶ †Secus
autem eſt in iudicijs vbi nō appellatur niſi a preterito grauami-
ne.ſ.t.vt debit⁹.appellatio aūt de qua loquit̄ hic q̄ fuit facta ↄfir
matione facta in forma iudicij ſicut in lr̄a apparet:ideo non fuit
4 admiſſa qꝛ nulla iuſta cā fuit admixta appellationi. ¶ (†Cōfir-
mationis effectū) qꝛ appellatio nō fuit iuſta.⁊ iō nō retardaret̄ cō
firmationis effect⁹.Si aūt eſſet iuſta bn̄ retardaret̄.⁊ ſi procederet̄
vltra reuocaret̄ hoc ipſo qđ factū eſt ꝙ poſtq̄ trāſlatū eſſet nego
ciū ad ſuperiorē p appellationē.ſ.e.vt noſtrū.⁊ de acc.accedēs.ſ.
e.bone me.Si aūt poſſeſſionē haberet ante app.propter appella-
tionē nō omitteret cōmodo poſſeſſionis vti.lꝫ ſi poſt ꝓbaret cām
appellationis fructus reſtitueret.C.de rei vendi.ſi ſuis.C.credi.vē.
5 pig.impe.non poſ.l.j.¶ †Item credimus quod non eſſet audiē-
dus app.ſi appellaret tantū ne inueſtiretur:qꝛ cōfirmatio nō ſu-
ſpendit̄ per appellationē.ergo in oībus dꝫ ſuum effectū cōſequi:
ſed appellādū eſt a grauamine qđ fit in cōfirmatione:vel potius
ab ipſa ↄfirmatione q̄ poſtq̄ eſt ſic appellatiōe ſuſpēſa.ff.ad tur-
pil.l.j.in ſi.⁊ p ↄſequēs oīa alia ſuſpēderent̄.⁊ ſic intelligit̄.ſ.e.ad
noſtrū.⁊ repete q̄ no.ſ.de cā poſ.cum olim.plus plꝫ qđ dī in gl.q̄
incipit.⁊ idem eſt.¶ (Effectum) qui eſt adminiſtratio.dic vt di
ximus.ſ.de cā poſ.cū olim.talis eſt qđ.vacante prebenda in eccle-
ſia pariſieñ.intellexit caplm ꝙ epūs volebat eā cōferre.c.pariſieñ.
tūc caplm cōparuit corā epo dicēs:iſte quē vultis facere canoni-
cū pariſieñ.eſt illegitimus ⁊ homicida.⁊ hoc volum⁹ incōtinenti
probare coram vobis.vnde ſupplicamus quod talem hominem
non aggregetis noſtro collegio ⁊ ſi contra feceretis appellamus:
epus tamē nihilominus dedit ei prebēdam ⁊ ſtallum in choro:⁊ lo
cum in caplo in ſignum poſſeſſionis:queritur an teneat talis ꝓui
ſio.⁊ an canonici ⁊ alij debeāt eum habere pro canonico ⁊ ſibi de
iurib⁹ canonicalibus reſpondere. So.ſi appellatio eſt interpoſi-
ta ex predictis cauſis vel alijs legitimis dūmodo obtulerit ſe eas
probaturū ⁊ etiā ſi ita vere cōpetitur ꝙ ꝓuiſio poſt facta non va-
let imo plus videt̄ ꝙ idem eſt etiā ſi corā epo nō obtulerit ſe ꝓba
turū etiā ex hoc eſt ꝙ nō obſtāte tali ꝓuiſione q̄ nulla eſt ipſo iu
re tenet ꝓuiſio facta ab alijs ad quos deuoluit̄ ptās eligēdi:vt ha
bes expreſſe.ſ.de elec.ho.me.ma.⁊.c.auditis ⁊ in iſto caſu male fa
cit epus ſi faciat ſibi reſponderi de iuribus ⁊ canonicalib⁹ ⁊ impe-
diendus eſt effectus talis prouiſionis ⁊ cōfirmationis cum nulla
ſit prouiſio facta ab eo.⁊ ſi cum ſuperiore agatur quod faciat ei re
ſpondere ſicut canonico.⁊ excipiatur contra eum cum nō teneat
prouiſio de eo facta poſt talem appellationē ꝓbata appellatione
in veritate cauſarū abſoluētur rei cum per hoc ꝓuiſio facta ap-
pareat eſſe nulla.illud autem nō ſufficeret ad abſolutionē eorum
ſi probaretur ꝙ agit̄ cā ſup ſtatu eius aliqñ an ſit illegitimus vel
homicida:⁊ an prouiſio eius teneat vel nō.imo hoc non obſtāte
niſi opponant ⁊ ꝓbent ſicut ſupra diximus condēnabūtur ad re-
ſpondēdum ſibi ſicut canonico cum interim habendus ſit pro ca-
nonico:qꝛ ꝓuiſio habet vim nō tm̄ electionis:ſed etiā confirma-
tionis ⁊ cōfirmato q̄diu toleraf etiā lite pendē.obediēdum eſt ei.
viij.q.iiij.nōne.ſ.de elec.trāſmiſſa.⁊ lit.pend.nihil innouādū eſt
xj.q.j.quia res nec obſt.ff.de except.l.fundū.⁊.l.fundi.quia ſicut
ibi dicit.idem nō admittatur ad vendicandum fundum ⁊ ſerui-
tutem petēdam eidem fundo.Ita hic non dꝫ iſte canonicus dum
impugnatur ſtatus eius admitti ad petēdū quod ſibi ſicut cano
nico reſpōdeatur.Rñdeo ꝙ ibi loquit̄ qñ idē agebat ad vtrunq̧
hic autē iſte canonicus non petit canonicatū:qꝛ per ꝓuiſionē epi
eum habet:ſed agitur de hoc cōtra eum vt dicit̄ non valere.⁊ tūc
non prohibetur agere vt ſibi reſpōdeant tanquam canonico:fa-
temur tamē qđ illi qui debēt ei reſpondere de iuribus canonica-
libus bn̄ faciunt ſi ſciunt veras cauſas appellationum ſi ei nō re-
ſpondeat.argu.ſ.eo.dilectus niſi cogantur:vt not.ſ.de ſenten.ex-
com.inquiſitionis.¶ †Si autem nulla appellatio:ſed contradi-
ctio precefferit ꝓuiſionem vel etiam ſi precefferit appellatio ſine
cauſa licet cauſa ſubeſſet:vel etiam cum cauſa:ſed non erat vera
cauſa appellationis.tunc epus ꝓpter talem cōtradictionem vel ap-
pellationes non debet dimittere quin prouideat ⁊ ſibi faciat tan
quā canonico rñderi ⁊ nō impedietur effectus ſue cōfirmationis
vt hic imo plus eſt:qꝛ ſi poſt talē ꝓuiſionē fiet electio ab his ad
quos ex hac cauſa deuoluit̄ poteſtas eligendi.non valet hec ſcđa
electio ꝓpter hāc ſolam cām:qꝛ eſt facta poſt aliam que erat ali-
qua:lꝫ primam electionē caſſari ↄtingat ꝓpter aliquam cauſam:
vt expreſſe habetur.ſ.de electioni.ↄſiderauimus.vbi no. ¶ Sed
cōtra.ſ.eo.vt noſtram ſolu.ibi ⁊ ſupra de cauſa poſ.⁊ ꝓprie.cum
olim. ¶ †Hoc tamen bene fatemur ꝙ ſi epiſcopus per ſtallum
chori ⁊ locum capituli vel alio legitimo modo dedit ei poſſeſſio-
nem canonicatus ꝙ defendendus eſt in poſſeſſione ſua quouſq̧
conſtet de ſua appellatione ⁊ de veritate cauſarum.ſ.de inſti.cum
veniſſent.ſed poſtquā conſtiterit de eis cogetur omnia reſtituere
que percepit.ſ.eo.bone me.¶ (Eſſe) quia tunc primo incipit cō-
ſtare ꝙ poſſeſſio ſupra data fuit iniuſta.tamē hic no.ꝙ poſtquā
ſuperior incepit cognoſcere de appellatione epus vel alius nō po-
terat dare dicte prebende poſſeſſionem.nec tenet datio nec defen-
dendus eſt in tali poſſeſſiōe:lꝫ et ſi data eſſet poſſeſſio poſt appel
lationem anteq̄ ſuperior inciperet cognoſcere defendēdus eſſet
in poſſeſſione:ſed poſtq̄ ſuperior incepit cognoſcere non habet ſe
intromittere inferior:quia iam ad ſuperiorem videtur negocium
reuocatum:⁊ quia plus valet reuocatio q̄ appellatio.ſ.eo.vt no-
ſtrum.Item dicimus ꝙ a principio quando iſte epiſcopus vole-
bat poſſeſſionem dare canonico ſi appellaſſet capitulum: ſi epūs
nihilominus dediſſet tamē tuendus eſt in poſſeſſione quouſq̧ cō
ſtat de prima appellatione ⁊ veritate cauſarum:quia hec appella
tio eſt extra iudicium.ſecus autē ſi in forma iudicij ꝓcederetur.
¶ (In modum) ſed quare non potius admittitur ad excipien-
dum q̄ ad accuſandum.vel ad denūciandum.ſ.de iureiu.quem-
admodum.ff.de ſuperſi.l.j.dicunt quidam hoc cōtingere ꝓpter
preſumptionē malitie que erat ex parte decani.arg.ſ.de reſt.ſpo.
literas.⁊ quia odioſe ſunt accuſatiōes ⁊ cum maiori difficultate
ꝓſequentur accuſatiōes:qꝛ oneratur in tabellione.ij.q.viij.§.vlt.
6 ⁊.q.iij.c.j.⁊.ij.¶ †Item facilius repellitur a denūciādo vt ſi non
admonuit ⁊ ſi nō ex charitate ꝓcedit.ij.q.j.ſi peccauerit.⁊.q.vij.
accuſatio.tu dic ꝙ cum exceptio non ſit aliud q̄ actoris vel inten
tionis excluſio.ff.de exce.§.j.⁊.ij.⁊ hoc cum iam per accuſationem
conſecutus ſit ſuam intētionem nō eſt cōtra ꝙ detur except.arg.
opt.ſ.eo.paſtoralis.§.vlt.que non datur niſi circa accuſationem
vel intentionem.ff.de exce.l.j.ſed nec appellationē ꝓſequēdo po-
teſt aliam ꝓſequi cauſam niſi que expreſſa eſt.⁊ lꝫ ↄfiteamur ſen-
tentiam cōfirmationis diffinitiuam.⁊ ideo videtur qđ poſſet ꝓ-
ſequi nō ſolum cauſas expreſſas ſed alias.C.de tem.ap.per hanc.
¶ †Illud tamen intelligimus habere locum vbi ordine iudicia-
rio ſeruato ſuper cōfirmatione pronūciauit.ſed ſi ſummatim co-
gnoſceret nec tunc poteſt dici diffinitiua ſnīa ſed preceptū vel fa-
ctum.⁊ in hoc caſu neceſſe eſt cauſam exprimere.ſ.eo.vt debitus.
Sed dices cum nondum lata ſit ſnīa ſuper appellatione ⁊ adhuc
ſit in petendo cōfirmationem quare non interim admittitur exci
piendo contra eum.Rñ.qđ excipiēdo non admittitur:qꝛ ſi vellet
omittere appellationem ſtatim tranſiret ꝑceptum vel factum cō
firmationis.in rem iudi.Si autē vtrunq̧ ꝓſequi vellet nō poſſet
cum ſe non patiantur:qꝛ fieret preiudicium cōfirmato qui dicit
ſuam cōfirmationem tenere.⁊ ideo non haberet locum exceptio
vel dic qđ notoriū iuris erat qđ appellatio ex ꝑdicta cauſa emiſſa
non tenebat.vnde nō poteſt dici qđ in pendenti eſſet cauſa appel
lationis.vel dic quod confirmatio extra iudicium facta preterita
alicuius appellationis ſequentis non ſuſpenditur:vt not.in glo.
7 idem eſt.¶ †(In modum) no.poſt cōfirmationem non ſunt alij
modi agendi niſi accuſando vel denunciādo:nec eſt modicū pro-
pter difficultates accuſationis: quas habes.ij.q.viij.per totum.
⁊.q.vij.ſi quis querēdus.⁊ que in multis alijs iuribus inueniun-
tur.⁊ propter modicam penam denunciationis:vt no.ſ.de deſpon.
impu.ad diſſoluendum.grauius enim eſſet ei ſi ꝓcederetur con-
tra electum ⁊ cōfirmatum ſm omnes quos no.ſ.de ele.dudum.⁊
hoc eſt verum qꝛ non poteſt agi niſi his duob⁹ modis niſi aliqd
reſtaret agendum puta conſecratio vel ordinatio.tūc enim bene
ageretur excipiēdo.ſ.de accu.ſup his.ſ.de elec.cū dilecti. ¶ Sed
tamē videt̄ qđ etiam tunc nō debeat impleri effectus cōfirmatio
nis.ſ.qđ nō habeat pacificam poſſeſſionem: ſed ſi talis eſſet pſo-
na cōfirmata que cōſecrationē vel ordinationē requireret. ⁊ ipſe
interim anteq̄ poſſeſſionem haberet cōſecrationem vel ordinem
peteret bene admitteretur excipiens contra eum.⁊ hoc ea ratione
eſt quia exceptio admittitur non ſolum cōtra confirmationē ſed
etiam contra conſecrationem.xxiij.diſt.illud.ſ.de accu.ſuper his.
¶ Item quia videtur renunciare beneficio quod hꝫ ne quis in-
terim poſſit eum accuſare petendo ordines vel conſecrationem.
¶ Item ꝙ durior eſſet aduerſari⁹ poſt conſecrationē q̄ ante.vel
ordinationē quā ante:qꝛ difficilius deponit̄ iam ꝓmotus q̄ pro-
mouendus vt.ſ.de renū.niſi cum pridē.§.pſona.ſ.de temp.ordi.
ex tenore.ſed ſi non petente electo ordines vel cōſecrationem:ſed
ſic vult manere quouſq̧ pacificam poſſeſſionem nanciſcatur non
vt̄ aliquis excipiens vel accuſans ↄ eum admittēdus vt hic. ¶ Et
ſi obijceretur ꝙ dꝫ petere ordinationē vel cōſecrationem:vt.ſ.de

dec.cum in cunctis.⁊ de tranſ.epi.c.ij.§.ſed nec.⁊ ideo ꝯtra eum
8 excipi poſſit ac ſi peteret.¶ †Rn̄deo nõ eſt verum ꝙ cogatur vel
teneatur petere confirmationem vel ordines niſi primo adeptus
fuerit poſſeſſionem pacificam.ar.xcij.di.de epis autē.⁊.c.ſeq.alij
tamē dicunt cõtrarium.ſ.ex quo cõfirmatus eſt tenetur petere or-
dines ⁊ cõſecrationē.⁊ videtur iuſta rõne moueri:q2 cum epatus
nõ ꝓpter tēporalia:ſed ꝓpter deum ⁊ curam animarū ſit recipiē-
dus.vt in primitiua eccleſia faciebāt qui nihil habebāt.xij.q.j.c.ij.
⁊.c.futuram.⁊.c.vendentes.viij.q.j.ſciēdum.⁊.c.ſeq. ¶Ergo ꝓ-
pter vſurpationem temporalium nõ dꝫ dimittere quin ordines ⁊
conſecrationē recipiat.⁊ per ꝯñs cõtra eos poterit excipi.nec ob-
ſtat iſta decre.vbi nullos ordines petebat nec rõne dignitatis pe-
tere tenebatur vel dic ꝙ hi prohibentur.⁊ etiā directo accuſando
procedere contra hunc electum vel cõfirmatū q2 ipſi ſoli erāt qui
impediebant quominꝰ adipiſceretur poſſeſſionē pacificā.⁊ ideo
etiam ſi ordines peteret nec excipiēdo nec accuſando admitteref:
vt hic:ſꝫ ſi aliꝰ impediret eiꝰ pacificā poſſeſſionē tūc bene admit-
teretur ꝯ cõfirmatū etiā ſi nõ haberet pacificā poſſeſſionē excipiē
do ſi adhuc reſtaret vel ꝯſecratio vel ordinū ſuſceptio etiā forte di
recta accuſatio:q2 nõ eſt hic expoliatus lꝫ nõ ſit admiſſus:vt no.ſ.
de cā poſ.cum olim.tn̄ quidā in hoc vltimo caſu contradicunt.

Ex parte. (Vel tui) ideo dicit tui. q2 ſi poteſt ſuos procuratores mittere tenet (niſi iudices) hic videtur ꝙ iuſta ſit appellatio eoipſo ꝙ locus non tutus aſſignatur:⁊ ſi nõ petit locum ſecurum ſed iudex eum ſibi offerre debet.

Significauit. (Sigillum) per hoc ſigillum qd̄ citationibꝰ tamen deputa eum eſt:non poteſt quis conſtitui procurator.
ſecus ſi adeſſet alterius ſigillum ⁊ notum.C.de teſta.ſi
vnus ⁊ maxime ſi ſigillans aliud ſigillum nõ haberet (earum).ſ.
de reſcrip.ex parte olim.⁊.ſ.de proba.licet.ff.de condi.⁊ demon.
falſa.(appellatum) ⁊ etiam ſubſit veritas allegatarum cauſarū
vel alterius ipſarum.nam alias appellare iuſta cauſa aſſignata
nec eam ſe offerat probaturum non ſufficit.ĩ.eodem.interpoſita.
⁊ dic vt ibi.

Significantibus. Hec decret. poſita eſt.ſ.de libelli oblatio.c.ij.

1 ☞ Terminus qui prefigitur appellantibus triplex eſt.

Ex inſinuatione. Iudex.ſ.coram quo cauſa agebatur (aduocatus) nõ dicitur ꝙ hec ſit appellatiõis cauſa ſufficiens imo cõtra habes.ſ.de offic.iud.c.j.(legitimas)
1 ij.q.vj.anteriorū.¶(†Legitimas) triplex eſt terminus qui prefi
gitur appellantibus. Primus ad iter arripiēdum.ſ.e.peruenit.
Scd̄s ad repntādum ſe pape.ſ.eo.pſonas ſignificauit. Tertius
eſt ad terminandū cauſam app.ſ.eo.cum ſit ro.⁊ hic terminꝰ tn̄
a lege ⁊ nõ ab homine prefigitur:vt hic.Terminꝰ aūt de quo hic
dicitur.ſ.ꝙ redeat a pſecutiõe nõ a lege imponit nec ab homine
imponi põt.¶(Ad terminū.ſ.quouſqꝫ vnus menſis tn̄ ſupeſſet
de anno.q2 prefixio termini etiā a iudice facta nõ valebit ſup exe-
cutione ſnīe (expectato) ⁊ male:vt no.ſ.e.ſepe (mādamus) vr̄ ꝙ
non deberet aliis cauſam cõmittere iudex.ſed coram primis iudi
cibꝰ debebat partes remittere.ĩ.e.vt debitus.tn̄.hoc eſſet de ſpe-
ciali gr̄a:vel dic hoc eſſe de mero iure qū litere impetrantur ante
tp̄s appellationis ꝑfixum qd̄ etiā eſt notoriū exactis que inſpice-
re ⁊ ex eis ꝓcedere põt iudex appellationis etiā parte abſente.
1 ☞ Admittitur generalis appellatio.
2 Quāuis eccleſia ſit alicuius monaſterij datur tamē epo cathedra
ticum ⁊ etiam alij cenſus.
3 Veriſimilis cauſa que dicatur:⁊ que probabilis.
4 An ſit idem ex iuſta cauſa appellare ⁊ ex veriſimili.
1 **Bone me.** (Quis.) No.† generalē appellationē admitti.arg.ĩ.ſ.e.c.ij.⁊.c.cõ
ſuluit. Si hic lꝫ eſſet vaga quo ad moleſtatores erat
tn̄ determinata quo ad eccleſiā de qua agebaf ⁊ ibi de
hoc no.(eiecerunt) vnde petebāt reduci in eū ſtatū in quo fuerūt
tp̄e appellationis emiſſe.⁊ fructus medij tp̄is ſibi reſtitui nõ ha-
bito reſpectu moleſtatoris vel moleſtatiõis.Nā ⁊ moleſtare eum
dꝫ ⁊ cõtra eius appellationē facere nõ tn̄ q expoliauit:ſed etiā ſi
cõtra eius voluntatē eam tꝫ.nec eſt hoc cõtra id qd̄ no.ĩ.de his q
ſi.a ma.par.ca.c.j.ſ.ꝙ appellās extra iudiciū nõ tantū dꝫ probare
cauſam ap.iuſtā:ſꝫ etiā verā:q2 ⁊ hic nõ ſunt reſtitutus niſi ad ea
que ꝓbauit ſe poſſediſſe tempore emiſſe appellationis.probauit
ergo veram cauſam appellationis.ſ.ſe poſſediſſe.⁊ poſtea ea que
poſſidebat tēpore appellatiõis ad archidi. perueniſſe ⁊ per eum
moleſtatū fuiſſe.⁊ cauſa appellationis nulla erat alia hic niſi nõ
moleſtes me ſuper cuſtodia eccleſie nec debes me moleſtare:quia
ego ſum in poſſeſſione eius pacifica ⁊ paratus ſum ſtare iuri.Et
hoc magis approbo quam quod dicitur in glo.probabilem (ar-
chi.) ad quem deuenit iſta eccleſia dicti laici nomine dicti archi.

eum eiecerunt (vel mandato) hic procurator non bene reſpõdit:
quia eius reſpõſio ſit de proprietate que licet pertineat ad archi.
non tamē poteſt impedire quin debeat reſtitui poſſeſſio in eo ſta
tu in quo fuit tempore appellationis emiſſe quod abbas ſancti
2 Augu.petebat (de iure cõmuni).lxiij.diſt.ſi imple.¶†Vſi fue-
rint) licet diceret ſe vſum fuiſſe nõ tamen probauit.ſed ſi ꝓbaſſet
ſe vſum nõ tamen probabat ſe poſſediſſe tempore quo abbas pri-
mo intrauit.Nam tunc forte licuiſſet archi.vim vi repellere.ſ.de
reſtitu.ſpolia.olim.C.vnde vi.l.j.⁊ non obſtat appellatio (poſſe-
dit) licet archi.hic precepit non ſequitur propter hoc ꝙ eccleſia
fuerit ſua.vel quod eiꝰ nomine poſſideretur.Nā lꝫ eccleſia ſit ali-
cuius monaſterij:tamen datur cathedraticum epiſcopo ⁊ etiam
alij cenſus.ĩ.de dona.pa.(veriſimilibus) vide que not.ſ.de ma-
3 io.⁊ obe.dilecti.⁊.ſ.eod.tit.conſtitutis. ¶(†Veriſimilibꝰ) pro-
babilē cauſam dicimꝰ iuſtā.veriſimilē dicimus que a iure appro-
batur.⁊ que de iure obtinet.vnde ⁊ veriſimile eſt qd̄ ſi fecit quia
qd̄ ius aliis facere precepit qd̄ bene fecit verbigratia hic appella
uit abbas ne quis eum moleſtaret ſup poſſeſſione eccleſie eiuſdē
que de ſuo patronatu erat cauſa ꝓbabili aſſignata hac.ſ.cū ego
ſim in quaſi poſſeſſione cuſtodiendi eccleſias meas que eſt bene
veriſimile.i.de iure approbata veriſimile ⁊ ꝓbabile eſt quod ex
quo monaſterij eſt eccleſia quod habeat ibi cuſtodiam tempora-
lium ſicut eis rõ eorū reddi debet.xvj.q.ij.c.ij.ĩ.de cap.mo.c.j.⁊.ĩ.
de priui.eum ⁊ plantare.§.in eccleſiis.bene facit ad hanc decre.ĩ.
eo.dilectis.Nec credimus ꝙ per talē appellationē ille qui eſſet in
poſſeſſione debeat retardari vti poſſeſſione ſua ar.ĩ.de iure patr.
conſultatio.C.debi.vendi.pi.l.j.nec cõtradicit hec decre.quia ar-
chi.nõ poſſidebat.vel ad minus incertū erat eum poſſidere cum
abbas negaret qui de facto tunc poſſeſſioni. incumbebat.C.qui-
bus ad li.pro.nõ licet.l.ij.vnde cū negaret ⁊ appellaret ex proba-
bili ⁊ veriſimili cā anteqꝫ ꝓbet aliqd reducēdus eſt in ſtatu quo
erat tempore appellationis.nec eſt cõtra in elec.vbi videtur quod
ſi appellaretur ex probabili ⁊ veriſimili cauſa non tamen reducif
ad ſtatū tēporis appellationis niſi ⁊ cauſa probaretur.ſ.de elect.
cum inter ea.¶Sed certe non eſt contra q2 nõ eſt veriſimile nec
in iure dicitur ꝙ quis morbo caduco laboret.⁊ no.quod iſte tene
tur proſequi appellationem hanc intra an.ex quo factum eſt cõ-
☞ tra appellationē.ſ.eo.conſtitutus.vbi de hoc.¶†Sed queres ſi
quis appellaret ne vendas talē rem que ſua eſt.⁊ cauſa iſta proba
bilis eſt.ergo ſi vendas ante omnia reſcindēda eſt venditio vt re-
ducatur in ſtatum appellationis emiſſe.quod falſum.eſt.C.de rei
ven.ſi fundus.led tn̄.quia nõ eſt veriſimilis hec cauſa.i.a iure ꝓ-
bata ſicut eſt illa de qua loqtur in hac decre.⁊.ĩ.eod.dilectus ibi
enim cõſtabat rem nõ eſſe appellantis ſiue denunciantis.nec cre-
dendum erat hoc pro ſe aſſerenti.arg.ff.de interro.ac.l.de etate.§.
j.hic enim cõſtabat eum eſſe patronum nec pars arch.hoc diffite
batur.⁊ ita veriſimiliter erat quod haberet cuſtodiā. ¶Sed di-
ces nõne appellatione hoc idem cõſecutum fuiſſet monaſterium
per interdictum vnde vi.rn̄deo quod nõ.quia in interdicto opor
tuiſſet monaſterium ꝓbaſſe poſſeſſionē.⁊ ſpoliationē factam per
eum contra quem egit.ſ.de reſtit.ſpolia.cum ad ſedem.ſed hic.ſ.
quādo petit reduci in ſtatum priſtinum in quo erat tēpore appel
lationis ſufficit ei ꝓbare dummodo ꝙ tp̄e appel.rem detinebat
etiam ſi nihil de expoliatione probet.nec impedit reſtitutionē ex-
poliatio a quocūqꝫ facta:nec etiā nocet ad quēcūqꝫ poſſeſſio puc
nerit ſm̄ ꝙ hic ſatis expreſſe patet.¶Sed oppones nonne idem
dicēdum eſſet ⁊ ſi non ex veriſimili cauſa appellaret:ſed ex cauſa
iuſta verbigratia ſi diceret monaſterium. cum igitur ego ſim in
poſſeſſiõe cuſtodie huius eccle appellatiõe ꝙ ne me moleſtet.nam
hec cauſa appellatiõis vbi nõ ſit mētio qd̄ eccleſia ſit de patrona
tu monaſterij ⁊ ſi iuſtā cauſam habeat tn̄ nõ eſt veriſimilis:quia
potius deberet ratione cuſtodie ad archi.pertinere.lxiij.diſt.ſi in
4 plebibus.ĩ.de inſtit.cum veniſſent.¶†Reſpondeo non eſſe idem
vbi appellatur ex veriſimili cauſa ⁊ iuſta ⁊ vbi ex iuſta tn̄:q2 hīc
quis petit reduci in ſtatum in quo erat tēpore iuſte appellatiõis
ſed non veriſimile eſt ſi illam rem tenet ille ad quē ius illud perti
net de iure cõi p hāc petitionē nõ ledaf.licet ꝓbet ꝙ tēpore app.
detinebat niſi iuſtā poſſeſſionē ꝓbet nõ auferef ab eo q poſſidet
ius quod ad eum de iure pertinet vt reſtituatur priori ⁊ eſt ratio
q2 cum petit appellās ſe reduci in ſtatū in quo erat tēpore appel-
lationis.nõ eſt hoc poſſeſſorium iudicium in quo nihil aliud in-
quiratur niſi de poſſeſſiõe imo ⁊ inquiretur de proprietate iuris
ſcꝫ ad quem ſpectat de iure vnde debēt admitti ꝓbatiões huiuſ-
modi poſſidētis modo ſiue ſint de iure.vt in archi.ad quem per-
tinet de iure cuſtodia eccleſiarum:ſiue de facto.vt ſi vellet proba-
re ſpecialē conceſſionē ſup cuſtodia eccleſie de qua agif:adeoqꝫ ⁊
ſi ille q nõ poſſidet nec de iure nec de facto ꝓbauerit ꝙ cuſtodia
ad eum ptineat obtinebit.nā cū de poſſeſſione ⁊ ꝓprietate liceat
q̄ri ⁊ q̄ſitū ſit preferf ꝓbatio ſup ꝓprietate.ſ.de cā poſſ.cū eccl̄ia
vulterana.¶Alij dicunt qd̄ licet verum ſit ꝙ non ſiat reſtitutio
illius articuli q ad nõ poſſidētē de iure cõi pertinet tn̄ ſi de facto
per teſtes ꝓbare velit.vel conſuetudinē vel ſpālem ceſſionē in hoc
caſu nõ

2 ꝙ eum ſub illicita cauſa preeligat. ℭ †Plus videtur ꝙ ſi aliquis vellet paſcere pauperes fame morientes: vel aliquod opus facere virtutis: quo omiſſo pericula timentur vel corporum vel animarum ꝙ tunc ſi inueniatur aliquis qui habet pecuniā vel granū vel aliā ſpeciē illi operi neceſſariā qđ debet rogari vt illam donet vel mutuet ꝙ ſi noluerit facere poteſt ei ſuaderi ꝙ ſpeciem illam mutuet ſub vſuris: q2 minus peccabit ſi ſub vſuris mutuet quam ſi teneat eam abſconſam in tanta neceſſitate vel vtilitate. arg. q2 inter duo peccata ſuadendum eſt quod maius euitetur.

Cum tu manifeſtes. (promulgatam). ꝯ. e. q2 (ante) ꝓpter hoc nō probat cōſtitutionē trahi ad preterita. nā cōſtitutio dicebat vſurariū cogēdū reſtituere vſuras: cū ergo hic vſurarius nondū reſtituit vſuras ſed debeat in futurū reſtituere pena impoſita etiā hic coget (penam) hec pena ſatis ſufficere debet a principio: ſed ſi vſurarius non reſtituat excōmunicabitur. ꝯ. de iureiur. ad noſtram. ſ. e. preterea (pauperibus) ꝯ. de boni. ſicut dignum. (Poſſeſſiones). ff. de leg. ij. imperator. C. de rei ven. ſi vt proponis. §. tertium. C. ar. tu. l. j. ſpāle eſt hic. alias
a eſt lȝ ex pecunia mea dūmodo non meo nomine emātur poſſeſſiones nihil iuris in eis habeo. C. de rei ven. ſi ex eo. ⁊ intelligunt quidam hoc .ſ. qđ ei auferri dȝ poſſeſſio qñ ex cauſa lucratiua ad aliquem peruenit. ſecus aūt ſi ex cauſa nō lucratiua. alij autem dicūt idem vtrobiqȝ.

[a] ℭ Et eodē mō ꝙ hic idē referēdo Inn. hic ⁊ pe. de anch. in ꝯſ. cclxxvj. incip. ſcđo dubitat co. j. l ſi.

t An liceat cōtrahētibus ſe inuicē decipere. ⁊ vide in nu. 2.

In ciuitate. (nō valet.) Cōi eſtimatiōe (Promittāt) non decepti. alias enim ſi decepti eſſent cū liceat cōtrahentibus ſe inuicem decipere nō eſſet peccatū. C. de rei ven. ſi volūtate. nec ob. ꝙ dicit apls. Nemo negotio circūueniat fratrē ſuū vt exponat in negotio .i. in negotiatione. ſed dic nemo circumueniat ita ꝙ circumuentio det cauſam ꝯctui: q2 ipſo iure nō tenet ſicut qñ incidit pōt agi vt reſcindatur. ff. de dolo. eleganter. vel nemo circumueniat in negotio ſup

ple vẽditionis vltra dimidiũ iuſti pretiũ:infra nõ dimidiũ poſſent ſe decipere iure fori.ꝫ.de emp.⁊ ven.cũ dile.ſed forſan nõ iure poli accipiũt.ꝭ.eo.cõſuluit(ex forma)ꝫ.de pig.illa vos ſed ex intẽtione, ſi intẽtio eſt vt ex prorogatione termini maius ſit pretiũ. ⁊ eſt hoc ꝙ dicit in ſi.cũ cogitationes ⁊c.C.de ſol.l.pe. ¶†(Ex forma) hu iuſmodi ꝯtus nõ põt cenſeri vſurarius ex forma: q̃ vẽditio eſt et nõ mutuũ.⁊ in mutuo tñ interuenit vſura.arg.xiiij.q.iij.c.j.⁊.ij. vel nõ põt iudicari vſurarius ex forma:q̃ qui hunc ꝯtũ fecit ſem per dicere põt:potuit plus minuſue valere. ſi tñ credat qð minus eſſet valiturũ:ſed ex intentione eſt vſurarius.ꝫ.de ſimo.tua nos.j. q.j.qui ſtudet.xiiij.q.iij.c.j.⁊.ij.Jtẽ ſi plus vel minus poſſet valere:ſi tñ ſtatim volebat vẽdere cõi pretio.⁊ ꝓpter prorogationẽ tẽporis vendidit carius intẽtione eſt vſurarius.ꝭ.eo.c.vlt.⁊.c.proxi.

2 ¶†(Ex forma.)Ex hac decre.ſatis innuitur qð ſi aliquis ꝓ cer ta pecunie quãtitate emeret aliquẽ redditũ grani vel vini vel aliũ cõſimilẽ perpetuo ſibi ⁊ ſuis heredibus dãdum a venditore ⁊ ſuis heredibus vel ad certũ tẽpus vel ad tẽpus vite alicuius qð licit⁹ eſt hmõi ꝯtus dũmodo redditus annuus cõi eſtimatione nõ exce dat redditũ quẽ haberet vel habere poſſet ſi terrã de tãta pecunia emiſſet.⁊ ſi excedat cõiter nõ eſt licitus ꝯtus.ar.ꝭ.eo.cõſuluit.qui dam tñ dicũt qð qñ in perpetuũ emit ꝙ nunꝗ̃ põt eſſe illicitus ꝯtus ꝗ̃tũcunqꝫ ſit magnus redditus reſpectu pretij:q̃ lꝫ ꝯhenti

a bus ſe decipere.ff.de mino.in cauſe.ij.§.ſi.alſ vr ⁊ forte meli⁹ qð ſi quis emit redditũ cõſtitutũ ante contractũ vel actionẽ venditã: ſiue cõſtitutus fuerit ire:puta in domo vel poſſeſſiõe vel alſ hmõi: ſiue in perſona:puta vel liberi vel ruſtici vel actio vel nomẽ.¶Jtẽ ſiue certus ſit redditus:puta q̃ reddit.x.ſiue incertus: puta q̃ red dit quartã fructuũ qui percipiuntur de aliqua domo : vel de ope ris alicuius perſone.¶Jtẽ ſiue ſit perpetuus ꝯtus:puta q̃ exten ditur ad heredes vtriuſqꝫ ꝯhentium:ſiue ſit ad vitam hoĩs ſiue ſit ad certũ tẽpus vſqꝫ ad.v.annos.¶Jtẽ nõ refert ſi redditus ſit in pecunia ſiue in alijs reb⁹ ſiue in facto.nã ſemper in oĩbus ꝓmiſſis reputant ꝯtus legitimos alſ licitos:q̃ ibi eſt purus ⁊ licitus cõ tractus vẽditiõis.nã ibi eſt pretiũ.ſ.certa pecunie quãtitas.¶Jtẽ ibi eſt merx.ſ.certus redditus vel cañ.vel annona.C.de ſac.ſan.ecc. iubemus in prin.in aut.de rebus ec.nõ alie.vel actio.C.de here.vel ac.ven.per totũ.ſed his vr eſſe ꝯtum qð dicit hec decre. q̃ nõ eſt dubiũ qð vſqꝫ ad aliud tẽpus ſaltẽ longum plus percipiet de red ditu ꝗ̃ ſit pretiũ ⁊ in actione cõſtat:q̃ plus eſt in noĩe ꝗ̃ ſit pretiũ qð dedit.¶Sõl.lꝫ certum ſit qð vſqꝫ ad.xx.annos quinquaginta vel vlteriores plus accipiet de redditu ꝗ̃ ſit ꝓtiũ qð dedit tñ hec certitudo nõ facit illicitũ ꝯtum venditionis cũ hoc etiã ſit in vẽ ditione alicuius poſſeſſionis vbi certũ eſt ſm inferiores cauſas qð plus accipit de fructibus eius ꝗ̃ ſi pretiũ ꝙ pro ea dat ⁊ ſine expẽ ſis vel labore dando eã ad affictũ certũ vel emphyteuſim.hic enim tñ reprehendit qñ carius vendit mercẽ ꝓpter terminum quẽ dat ꝓlicũ emptori ad ſoluendũ pecuniã vel q̃ pro minori emit mercẽ: q̃ ſtatim dat pecuniã ⁊ per plurius tẽpus expectat mercẽ que pe nitus ſunt illicita:q̃ hoc ſolũmodo vẽdit tẽpus pro illa pecunia ꝗ̃ venit ⁊ iuſtũ pretiũ excedit.qð ex eo apparet: q̃ ſi vtraqꝫ parata eſſent pretium ⁊ merces pro minori fieret.⁊ in caſu noſtro oĩa ſunt ꝓſentia nec vendit tẽpus:q̃ res ipſe de quibus diximus.ſ.reddit⁹ vel actio tñ valebit vel ad minus credit valere ſubſeꝗ̃tibus tem poribus ꝗ̃tum modo vꝫ vel ad minus eſt dubiũ ⁊ hoc ſufficit ad hoc vt ꝯtus ſit licitus.vt hic idẽ intelligũt quidã ⁊ ſi reddit⁹ vel nomẽ de nouo ꝓpter hoc cõſtituit in rebus vel perſonis alijs ꝯhẽ tibus:puta q̃ dicit emptor tu cõſtitues tales redditus in tali poſ ſeſſione vel ſeruo vel facies qð talis confitebit ſe debere tibi mille vſqꝫ ad annũ.⁊ ego de illis mille vel magis de actiõe pro illis.Mi. cõpetente dabo tibi quinquãginta.nã dicũt oẽs cõtractus iſtos li citos:q̃ nõ eſt mutuũ ſed emptio.Jtẽ multi caſus poſſunt inue niri qð iſte emptor admitteret in hoc ꝯtu:puta ſi inops fieret:ſꝫ certe ante cõſulendũ eſt oĩbus fidelibus qð ab hmõi cõtractu ab ſtineant.ſ.qð de nouo ꝓpter hoc cõſtitutũ redditũ vel actionem emant.iſtud aũt penitus videt illicitũ qð ipſe idẽ qð dicit emptor in ſe cõſtituat redditũ vel actionẽ qua ſe obligat ad plus dandum vel in pecunia vel in ſpecie ꝗ̃ accepit(dubiũ).ff.de iudi.ſi quis ex. C.de vſu.vt ea (dubiũ) probabiliter nam licet caſu fortuito ꝓpter mediũ vnius vel alterius poſſit plus valere nihilominus in intẽ tione vſurarius erit.

a ¶Et forte me lius hãc opi. refert ⁊ ſequit pe.de anch.in cõſi.xxix. inci. dubitari ſolet col.j.

b ¶Si nõ exci pit Jo.an.hic dicit ꝙ iſta ex ceptio eſt dila toria ⁊ ſic dꝫ ꝓponi añ lit. conte.⁊ ꝑ hoc dicit Pet.de anc.in cõſilio cclxiiij.inci. q̃ qð eſt dubita bilis.cõſuluit quod iſta exce ptio vſurarũ nõ poterit op poni ꝯ tuto res agẽtes no mine pupillo rum vſurarij ex ꝯtibus ce lebratis ꝑ ipꝫ vſurariũ.⁊ ad Jnno.hic ad de etiã fely.in c.cũ.m.Ferra rieñſis.col.xxv. ver.fallit ſcðo ꝫ.de cõſti.

c ¶Et dicim⁹ hec ocã refert ⁊ ſequit Bar. in.l.inſulã. §. vſuras. ff. ſol. ma. ⁊ ibi vide doc. ⁊ Pe.de anc.in cõſi.cl. co.ij.poſt me. incip.in qõne que vertit.

p Reterea.(dignam).ꝫ.eodem cum tu.

c Onqueſtus eſt.de feudo.de hoc no.ꝫ. eo.c.j.ꝫ.de feu.c.j.

Ua nos.(vſuras) ⁊ omne dãnum qð occaſione donationis vſurarũ cõtingit credito ri cogendi ſunt.de hoc no.ꝭ.eo.michael.

Onſuluit nos.†(Pro intentione) ſi creditor pricipaliter in tentionẽ hꝫ ad lucrũ vſura eſt vel malũ lucrũ aliqs ſi ſe cũdario aliquid ſperat ſecus.lxj.diſ.quid proderit. lix. diſt.ſi officia.Jtẽ recipere ex tali ſpe ſecundario nõ eſt malũ.j.q.ij. ꝗ̃ pio.quia tenet ei ad antidora.ff.de pet.here.ſi legã.ꝫ.de teſta.cũ in officijs.ſed ⁊ qui principalẽ habent intentionẽ ad vſurã: lꝫ vſu rarius ſit nõ tenet reſtituere.ar.ꝫ.de ſimo.c.vlt.niſi forte aliquid faceret quare debitor.⁊ ſi nõ voluntarie tñ neceſſario ei daret: puta q̃ negat ſibi terminũ niſi det aliquid.⁊ ibi plus vendidit ꝓpter dilationẽ:q̃ tunc reſtituere tenetur.xiiij.q.v.nõ ſane in ſi. alij tñ dicant ꝙ ſemper tenet reſtituere.⁊ eſt tutius(inducendi)ſi aũt age re poſſet conditione ex hoc canone queritur.

Uia pernicioſum.(Beneficiaſſe.)nam ex hoc ap paret eos fuiſſe vſurarios (appellationis) friuole: q̃ ſi appellaret a ſñia audiendus eſt.alij contra.

Oſt miſerabilem.(Mittendas)ſecũ dum tenorẽ decre. ꝭ.eo.quanto.

ꝛ Uas dudum.(Reſtituit) repete ꝗ̃ dici m⁹.ꝫ.de iureiur.debitores.

1 Nunquid ſufficiat cautio de reſtituendo vſuras.

2 An excuſetur vſurarius ſi nullus repetat ab eo: vel ſi denũciet ⁊ in nume.3.⁊ etiam in nu.4.

1 Uia fruſtra.¶†(Reſtituere) nec ſuffi cit ſola cautio ꝙ vſurã reſti tueret.ꝫ.de re iu.cũ aliquibus.ff.de pig ac.ꝙ ſi nõ ſolũ niſi magna cauſa interueniat.ff.de re.iudi.l.iij.§.ꝙ ait

2 ꝓtor.vel ſi debitor cõſentit.ff.de pig.ac.ſi rem:§.oĩs.¶†Sed nun quid alius a cõuento poteſt hãc exceptionẽ ꝓponere.⁊ dicũt qui dam cũ hoc.c.generaliter loquatur ⁊ fauorabile ſit ſaluti anime et reſtitutioni vſurarũ ꝓuidere ꝙ iudex ex officio cõuentus etiam ſi ab eo nõ exegerit vſuras poſſit hoc apponere.ꝭ.c.proxi.ar.ff.de po ſtu.quos ꝓhibet.⁊ etiã quicũqꝫ ali⁹ ꝓcederet hic ſicut ꝓcedit.ꝫ. qui ma.ac.poſ.c.ſi.Sed nos de iudice hoc nõ credimus:q̃ non ca netur iure.alij dicunt qð ſufficit qð faciat publice nũtiari:vt ſi ali

3 quis eſt qui cõqueratur de eo de vſuris cõpareat.ar.ff.de fur. fal ſus.§.aliena.¶†Quid ſi alius ꝗ̃ ille cõtra quẽ agit ꝓponat hãc exceptionẽ ⁊ per appellationẽ prorogat negotiũ.nunquid interim ſilebit cauſa ſuper qua impetrate ſunt litere.⁊ dicũt quidam ꝙ ſic hoc nõ plꝫ:cũ etiã ſi nullus cõpareat tñ cõuentus põt excipere.vñ

b ſibi imputet ſi ipſe nõ excipit ᵇimo plus dicim⁹ ꝙ alius nõ admit titur ad excipiendum ſed ſolus cõuentus alij dicunt ſi ſit liquidũ eum ſoluiſſe vſuras qð preſtabit cautionẽ de ſatiſfaciendo ſi appa ruerit eũ debere vſuras que petuntur ab eo.arg.C.de cõpen.l.vlti. ꝫ.de iudi.in oĩbus.Alij diſtinguunt ex cuius parte emittatur ap pellatio.C.de temp.in integ.petendum.nos precedẽtes diſtinctio nes.ſ.de preconizando ⁊ cauendo dicimus habere locum qñ con

4 uentus excipit in alio autem non cum excipere poſſit.¶†(Reſti tuitur.)Sed nunquid ipſi qui accipiunt vſuras ⁊ ſi non cogantur reſtituere alijs vſurarijs nunquid non reddent alicui. Reſpon.au toritate ſuperioris dabunt illas alijs debitoribus vſurarijs illorũ creditorum ⁊ non illis vſurarijs a quibus ipſi vſurarij qui modo petunt vſuras extorſerũt vſuras.⁊ ſic exonerantur a peccato.⁊ etiã vtiliter gerunt negotium illius cui reſtituere tenetur.⁊ quo ad cor pus ⁊ quo ad animam.vnde cum poſſint in hoc caſu repetere ꝙ ſic ſoluiſſent vtiliter.multo fortius compenſare ſi poſtea cõtra eos agatur.arg.ff.de nego.geſt.ſi pupillus.iudex autem quando reſti tuit vſuras alijs ꝗ̃ his a quib⁹ accepit faciat ſibi caueri ad ſenſus ſuum ꝙ nullum damnum in poſterum poſſit conſequi ab his a quibus acceperat vſuras (audiat) hic apparet hanc exceptionem declinatoriam fori.

Um in dioceſi.(tua) dubitatur com muni fama (argumen tis).i.legitimis probationibus.Uel dic ꝙ appellat ar gumenta famã publicam cum aliquibus alijs admi nicul.ar.xxxv.q.vj.ſi duo vel dic argumenta appellari ſi venditur ad terminum.ꝫ.eo.tit.in ciui.conſuluit.vel ſi facit emptiões ſub ea conditione quod teneatur reſtituere aucto pretio. vel ſibi reten tis fructibus.ꝫ.de em.ad noſtram contra.de pig.illo. vel q̃ appa reat inſtrumẽta vſurarum.vel q̃ cellas tenet ad pecuniam mutuã dam.aliquando enim ex preſumptionibus iudicatur.ꝫ.de elec.cũ ex officio.ij.ſimile habes in hereſi.ꝫ.de here.excõmunicamus.ſimi le ⁊ in adulterijs.ꝫ.de adul.maritis.

Aluhriter.(Computandos) dũmodo one ra matrimonij ſuſtineat. recipit enim fructus pro intereſſe ⁊ non pro vſura . ſic etiam non eſt vſurarius fideiuſſor repetens vſuras quas ſol uit pro debitore vel ſi accepit pecuniã ſub vſuris vt ſatiſfaciat cre ditori apud quem fideiuſſit.ꝫ.de fideiuſ.peruenit. ⁊.c. cõſtitutus.

c ⁊ dicimus ᶜ quod quamdiu maritus tenetur alere vxorem tandiu põt vti fructibus non computatis in ſortem.ſed poſtꝗ̃ non debet eam alere non debet fructus accipere. vnde credimus quod ſi mulier habet pignore dotis ſiue poſt mortem mariti quod debet fructus illos in ſortem computare (fructus).C.de iure dot.pro oneribus.

Michael

M Ichael laicus. (Suo) cũ enim ex perſona patris agat eius perſonam defendere debet.ff.de reg.iur.ex qua perſona ff.de pcu.ſeruum.§.pe.imo quod plus eſt ſi non egerit ex perſona patris tamẽ obſtat ei exceptio ſi pater vel ille cuius heres extitit vſuras accepit etiam ſi nihil ad heredẽ peruenerit.ſ.eo.tua.ſ.de rap.in literis.xvi.q.vi.ſi quando.xi.q.ii.epiſcopus qui mã.non enim cõuenitur heres ex quaſi maleficio ſed ex quaſi contractu rõne indebiti ſoluti:vel ex iniuſta cauſa ſoluti.inſti. de obl.que ex qua.cõtra.⁊ nõ ſolum repellitur rõne vſurarum quas ſuo nomine contraxit ſed etiam earum quas nomine alieno.xlvi.di.ſicut non ſuo. Sed quid ſi iſte agens nõ poteſt ſatiſfacere illis a quibus vſuras accepit. Rñ.quod preſtita cautione q̃ reſtituet ſi poterit admittetur ad petendum vſuras.nã ſpoliator reſtituit͛ vt poſſit aliis reſtituere.ſ.de reſt.ſpol.olim.nam ⁊ vbi nõ poteſt ſtatim ſoluere admittit͛ fideiuſſor.ff.de re iudi.l.iiii.§.ait aũt pretor.

q **Quanto amplius.**

N Auiganti. (periculũ) fatemur tñ qõ ſi nauigans pretiũ accipiat vel aliud vt pecuniã ſecũ vltra mare deferret ibi ſibi redditur⁹ ſiue periculum in ſe reciperet ſiue nõ:nõ eſſet vſura ſed locatio operarũ ſed vbi nõ accipit pretiũ tantũ vt portet ſed negotiatori dat vt in ea negotietur hec eſt vſura: qr pecunie nullus eſt vſus vel vtilitas vtendi nec deterioratur vtendo.lxxxviii.di.eiiciẽs.

☞ ❡†(Periculũ)⁊ ex hoc dicimus qõ ſi aliquis paratus erat emere merces ad portandum alibi vel ad ſeruandũ certo tẽpore quod poſſet inde lucrari ⁊ alius indigens pecunia ad eũ veniat ⁊ offerat eandẽ pecuniã cũ lucro ſperato in loco quo ire volebat ⁊ in termino ſe redditurũ pmittit vſura eſt cõtractus hmõi.nec ſcio eũ excuſare.lz aliĩ cõtradixerint(eo tẽpore) de hoc no.ſ.eo.in ciuitate. in gl.huius.❡(Venditurus)quia ſi vẽdere volebat ſtatim pro alio pretio minori ſi ſtatim pretiũ ſolueret vſura eſſet ad minus animo.ſ.eo.in ciuitate.⁊.ſ.eo.cõſuluit ⁊ eodẽ modo ſi lõge pretio maiori vẽdat.ar.eiuſdẽ decre.cõſuluit.Itẽ ſi volebat vẽdere merces ⁊ inuenit alium qui ſtatim dat ei hic tñ q̃tũ alibi eſſet venditurus⁹ cũ labore ſuo ⁊ periculo multo nõ videt͛ vſura dũmodo cõputatis periculo ⁊ labore nõ plus accipiat quã ibi quo portare volebat probabiliter pſumitur accepturus:nã qua rõne:rõne temporis poterit carius vendere eandem:⁊ ratione loci ſed ſi pecuniam accipiat vſura eſt ⁊ etiam mutuum.

❡De crimine Falſi. Rubrica.

F Alſidicus. (Teſtis iudici)hunc iudex extra ordinẽ punire põt durante cauſa.C.de teſti.nullũ poſt litẽ aũt finitã excuſat de falſo.ff.eo.l.i.§.i.(ledit)hic punit͛ iuxta modũ leſiõis.iii.q.ix.nihilominus.C.de teſti.nullũ(occultat)ex quo officium⁹ teſtificandi aſſumpſit vel ſi aliter non poteſt liquere veritas.

a

S Uper eo. (Retineri)ſi enim eſt pſona ſuſpecta niſi ſint clerici. alii cõtra ⁊ maxime ſi ſint ſue iuriſdictiõis ordinarie.idem credo ⁊ ſi ſint eiuſdem iuriſdictionis delegati quo ad hoc: qr ordinarius ad mandatum eorum capiat.

A D audientiam noſtram. (Caracterẽ)qui nõ ita pfunde infigit͛ vt ſanguis effũdatur ſed tñ cutis offendit͛ ne fit cõtra ſupra de rap.in archi.ſupra ne cleri.ſententiã.Sed cõtra.C.de penis in metallum.vbi dicit͛ qõ facies ad imaginem celeſtis pulchritudinis figurata ſtigmate non cedetur.ſed hoc ſtigma non eſt fingendũ in facie ſed in manu vel alio membro vel eſt hoc ſpeciale in odium tãti criminis.de hac materia no.v.q.v.illi qui.

D Ura ſepe man. (ſedẽ)illi enim qui nõ ſunt apud ſe.apo.non ligantur hac cõſtitutione(deputati) hi ſunt bullatores (ſubiaceat)per ſniam non ipſo iure:pene enim excommunicationis ipſo iure ſunt inflicte.

l **Licet ad regimen.**

Q Uam graui. (Fratres)quandoq̃ dominus papa vocat cardinales fratres ſupra de officio lega.officii tamen ſimplices ſacerdotes vel diaconos nõ vocat in literis ſuis cum eis ſcribit fratres ſed filios(in plurali)olim erat contrarium.xxiii.diſtin.communis.

☞ **A D falſariorum.** ❡†(Requibit) ſupplent quidã niſi pbet ignorantiã exhibendo actionẽ.C.de fal.maiorẽ non enim cõmittitur falſum ſine dolo.ff.eo omnes.vel dic qõ tũc non excuſat ignorantiã cũ nõ preceſſit examinatio cũ ex hoc fuerit in culpa nõ examinauit nec a peritioribus queſiuit.xxxvii.di.§.vl.ff.de iu.⁊ fac.igno.regula.ſi aũt preceſſiſſet examinatio ⁊ appareat eum pbabiliter deceptum:⁊ oſtendat actorem:vt dictũ eſt excuſatur.ſ.de ex.pre.inter dilec.ſ.c.proxi. Item hec decre.loquitur tantum in literis domini pape.in aliis autem ſecus. Item examinatio eſt habenda diuerſimode.nam in literis que ſunt de gratia vel contra ius vel cõtra vtilitatem publicam maior indagatio eſt neceſſaria quam in literis de ſimplici iuſtitia.ſ.eo.c.proxi.C.ſi cõtra ius vel pub.vti.reſcripta.(inferius)ibi incipiunt pene iſte.qui vero ſub nomine(innodatos)hic autem eſt canon late ſentẽtie (per quam)poteſtatem(vertuntur)nec tamen fuerunt fabricatores falſitatis(ſpolientur)per ſententiam obiecti)forte canõ ferende ſententie eſt ſed litera contradicit(impetrant)ſed non per ſe exercent falſitatem ſed litera contra.

A Ccedens. (Preſumi.ff.de do.ſi oleũ.§.vl.ar.qõ ſi quis ſuggeſſit falſum in literis de ſimplici iuſtitia non preſumitur doloſe feciſſe ſecus ſi eſſet de magna gratia.quia dolus ex perſpicuis indiciis probatur.C.de dolo.dolum.

e **Ex conſcientia.** (eccleſia) de qua erat cã ad cui⁹ amiſſionẽ ſe obligauit.

❡De ſortilegiis. Rubrica.

f **In tabulis.**

E X tuarum tenore. (Aſtrolabiĩ.) aliqui dicunt quod ſi tñ aſtrolabiũ inſpicerẽt vt per aſtronomiã tñ quererent veritatẽ nõ peccãt.ar.hic a cõtrario ſenſu tñ:qr nõ ſunt ſententie que ad pietatem vacant:imo facile inducerent idololatriam diſſuadendum,eſt vtendum eis ⁊ ſtudendum. ar.xxxvii.diſtin.ſi quis grammaticam.

E Cleſia veſtra. (Per ſortem) no.nõ ſolum prelatũ nõ eligendum ſorte:ſed nec electores. (⁊ electoribus) alias autẽ pro litibus dirimendis licet vti ſortibus.xxvi.q.ii.ſors.(Perpetua)xxvi.q.i.non ſtatim ⁊.c.ſe.cõtra.e.q.c.i.ſol.eſt in.§.ii.cauſa prohibitionis eſt vt non per aſſiduitatem labantur in idololatriam ſicut prohibitum eſt iuramentũ vt nõ labantur in periurium.ſ.de iureiur.etſi chriſtus.§.i.

❡De colluſione detegenda. Rubrica.

S Cripta. f.v.❡(Diſſimulare) cũ eſſet infamatus alias enim nõ debet inquirere.ſ.de accu.qualiter vel dic q̃ nõ licet accuſatori ab accuſatione deſiſtere lite conſt.⁊ ideo mãdatur inquiri de colluſione vt eos puniat.ii.q.iii.ſi quem.

C Rimina. (Pretexibat.)Cauſarũ tria ſunt genera ciuilis.criminalis.⁊ ſpũalis.a ciuili pecuniaria ſiue per gratiã ſiue per trãſactionem ante lit.cõteſta.⁊ poſt iudicis autoritate ⁊ ſine recedere licet:niſi in famoſa ac.in quo ſine iudicis autoritate tranſigere nõ lz.ff.de his qui no.infa.furti.§.pac.in criminali vero ante incohatã accuſationẽ per gratiã deſiſtere lz.ff.ad turpi.in albere.⁊.l.queſitũ poſt nõ licet ſine autoritate iudicis ⁊ ſine conſenſu rei niſi infra.xxx.dies.ſed nec inter illos ſi nõ fuit mancipatus tormẽtis.C.de abol.l.ii.vel per accuſationem infamatus.v.q.i. quidam ⁊ ſi alias deſtiterit incidit in turpil.ſi intendit publicum crimẽ.C.ad turpil.l.i.Si vero priuatũ extra ordinẽ punitur.ff.ad turpil.ſi quis accepe.tranſigere autem aliquo dato in crimine pu. non licz ⁊ ſi fiat tranſactio nulla eſt ⁊ accuſatus hr͛ pro confeſſo.C.de trãſ.tranſigere.ff.de priua.in õibus.niſi tale ſit crimen qõ irrogat penã ſanguinis:qr lz tũc trãſigere niſi in adulterio.C.de trãſa.trãſigere.ſed hic qui accipit incidit in turpil.ff.ad turpil.ab occaſione. ſed in aliis criminibus que nõ irrogãt penã ſanguinis tranſigere nõ licet.ii.q.iii.§.preuaricator.in loco illo in omnibus lz niſi in crimine falſi in preal.l.tranſigere.⁊ eſt ratio: qr ſepe ad pecuniariã eſtimationem referetur.ſ.vbi qõ pecuniaria agitur. ❡Et idem dicũt aliqui in priuatis criminibus vt furti:vi bo.rap.predicta ratiõe.nec vnq̃ inuenitur prohibitum ſecundum caſ. autem fere omne crimen eſſe publicum puto.nec ab aliquo per tranſactionem diſcedere licet.vt hic ⁊ per totum ti.poſſet tamen dici quod iuſtis cauſis inſpectis vbicunq̃ epũs poteſt diſpenſare in priuatis criminib⁹ tranſactioni ⁊ ſimplici renunciationi autoritatem preſtare.v.q.ii.ſi primates.cx.diſtin.diſſidentes.a ſpirituali autem cauſa ſiue ſit inquiſitionis ſiue denunciationis:ſiue de rebus ſpiritualibus ex cauſa licet per gratiã diſcedere:qui autẽ ſine cauſa diſcedit punitur.ii.q.vii.quapropter.ſ.de calũ.c.ſi.per tranſactionem autẽ non licet.ſ.de tranſac.c.iii.vbi autem in criminali vel ſpirituali aliter quaz debet accuſator deſiſtit.iudex nihilominus ex officio inquiret.vt

a ❡Ex quo officiũ.⁊ ſic tacẽs verũ nõ peccat niſi qñ productus eſt vt teſtis.adde fely.in.c.ex parte decani.col.x.ver.ſi diceres.ſ.de reſcri.vide tñ bal.in.l.pſbyteri.C.de epiſ.⁊ cle.vbi q̃ falſitas cõmittitur ita ſ tacẽdo verũ ſicut in dicẽdo falſum.

bic per totũ.§.de abol.indulgere.ꝛ.l.ij.vbi aũt vult iudex iuſta cã diſcedere abol.indulgebit.C.de abol.l.j.ij.ꝛ.iij.ij.q.iij.ſi quez.ꝛ.§.preuaricator.in cauſa mixta põt recedere quando vult in cã autẽ populari ſiſr per trãſactionem recedere nõ lz niſi ve legit.ff.de pac.l.iure.§.vlti.ff.de iureiurã.l.eum qui.§.in popularibus.

Audiuimus. (tranſactionis) bec penſio ſi bona fide peracta ſi nõ excedit vitã paciſcẽtis niſi interueniat autoritas epi.ẽ.de tranſac.decetero veniens.(ſpoliare) ꝛ quod factum eſt per colluſionem non tenet.ff.eo.l.iij.

1 ☞ Quãdo alicui cõpetunt due actiones de iure cõi. vna intẽtata poteſt aliam attentare. ꝛ idem ſit in penalibus actionibus. habes in numero.2.

3 De alicuius crimine non eſt pluries inquirendum.

In tantum. (clamor) premiſſis de boc no.ẽ.c.j. ¶†(Alioquin.) No.qð vbi alicui cõpetunt due actiones de iure cõi. vna intẽtata põt aliã attentare: vt apparet in ſocio qui contra ſociũ furem põt agere ꝛ pro ſocio ꝛ furti vtrũ vult primo: ꝛ vtrum poſt vult.ff.pro ſocio rei.ſed ſecus eſt ſi vna cõpetit de iure cõi. ꝛ altera de officio pretoris qualis eſt nau.cau.ſta.que datur de beneficio pretorũ.nam in illis ſi vnã eligit intelligitur aliã renunciare.ff.nau.caup.ſta.ꝛ ita.§.ſi.ꝛ.l.lz.§.ſi.ff.de ſepara.l.j.§.ſilud. ¶Sed bis videt cõtra.ẽ.de in inte.reſti.cõſtitutus vbi dr qð ſimul ꝙ pl⁹ eſt ꝙ ſi diuerſis tẽporibus admittat quis ad accuſationẽ que cõpetit beneficio pretoris.ſ.in inte.re.ad officiũ iudicis quo dicit vẽditionem nullã ſed certe ſol.eſt leuis.qꝛ nos bic loquimur qñ alicui cõpetunt due actiones ꝙ proſequendo vnã videt aliã renũciare:ſed decre.loquit qñ tñ altera cõpetebat:ſed tñ vtrãqꝫ proſequi

2 tur ꝓpter dubiũ ꝛ ſic põt rñ.decr.ẽ.de preſcri.auditis. ¶†In penalibus aũt actionibus que ſurgũt ex diuerſis delictis raro impedit vna alterã.ff.de priua.delic.nunꝗ. ſed ſi oriant ex vno delicto quatenus cõcurrunt ſe impediant ꝛ vltra.ff.vi bo.rap.l.j.ff.de ac.ꝛ ob.qui ſeruũ.ſi aũt actiones nõ ſunt penales ſed rei perſecutorie facta per alterutrã exactionẽ reliqua tollitur.ff.loca.ſi merces.§.culpe ſi aũt vna ſit perſecutoria rei vt rti ven.ꝛ altera penalis naturaliter ꝛ ab initio vt actio furti.neutra per alterã tollitur.ff.de fur.l.ſi pig.§.cum furti niſi in caſu qui eſt.ff.nau.cau.ſta.l.ita.§.ſi.qð eſt preal.rõne qꝛ eligendo alterũ de duobus ſcꝫ ius cõe vel beneficium pretoris alteri renunciare videt eſt etiã alius caſus.ff.de fur.is cui.vbi dicit qð ſi alicui pro re cõmodata cõpetit actio furti ꝛ cõmodati qð vna per alteram tollitur.ſed boc eſt ea rõne qꝛ.ſ.vtraqꝫ actio.ſ.furti ꝛ cõmo.cõpetit pro eodẽ.ſ.intereſſe litis.licet per actionẽ furti dupletur vel quadrupletur ꝛ in actione furti vel cõmo.tñ ſit ſimplum intereſſe.ff.de re iudi.nemo ex cauſa.§.quoties.ſi vero ab initio nõ ſit penalis.ſicut eſt actio qð me.cauſa que ab initio nullam imponit penam ſi velit reſtituere tũc vna per al-

3 teram tollitur.ff.quod me.cauſa metum.§.licet. ¶†No.quod nõ eſt pluries inquirendum de alicuius crimine ſicut nec eſt pluries accuſandus niſi in caſibus quos babemus nota.ẽ.de accu.de bis.arg.contra.ij.q.v.mennam.C.de pena iudi.qui ma.iu.auf.ſed nouo.ff.de iureiu.ſi duo pa.§.vlti.

a ¶Auxiliũ de boc dic ve per Bar.in.l.ſi in rixa.ff.ad.l.cor.de ſica.per Pe.de ancb.in cõſil.cccvj.inci.nos bar.de ſal.ꝛ Alex.de imo.in cõſ.xv.col.iij.circa prin.ſ.j.vo.

¶De delictis puerorum. Rubrica.

Queris. Grandi(genitalibus) immundicia cũ carnis ante bos annos nõ pſumit(futura).ff.ad ſil.l.j.(Etas) etas eũ excuſat.ff.de mino.auxilium.§.j.de conſe.diſtin.iiij.cos.

Referente. (Inultum).i.nõ perfecte vltum ẽ.c.prori.ff.de mino.auxiliũ.§.j.punitur tñ aliquãtulum.C.ſi aduer.de.l.j.ꝛ.ij.C.de pe.impunitas.ff.de minori.ſi ex cauſa.§.ij.ff.de dam.infe.dam.ff.ſi pupillus.xxj.qð.v.ſi quis cuiuſlibet(centum ſoli.) aliqñ tamen minorem penam exigere poteſt.

¶De clerico venatore. Rubrica.

Epiſcopum. (Preſbyterum) voluntate ſecus ſi cauſa recreationis vel acquirendi victum.xxxiij.diſtin.quorũdam de boc no.lxxxvj.di.qui venatoribus.

o **Omnibus.**

¶De clerico percuſſore. Rubrica.

Si quis. In aliquo gradu(percuſſor)cõſuetudine alias enim ſi ſemel.lv.diſtinctione.c.ſi euangelica.

p **Preterea.**

Preſentium lator. (Non percuſſit) ꝛ boc cõſtabat alias enim ſi dubium eſſet repelleretur.xxiij.q.vlti.c.vlt.imo ſue conſcientie relinquendum eſt.ẽ.de bomici.petitio.ꝛ.c.tua.

a **Continentia.** (Conſilio) tamen non poteſt dici quin pſtiterit auxilium:qꝛ eo ipſo ꝙ armatus erat cum occiſoribus aliquod auxilium⁹ preſtari dicendum eſt. ꝛ qꝛ pugnauit cum aliis ſi autem non pugnaſſet ſed a longe ſtetiſſet cũ iuſta eſſet pugna nullatenus teneretur vel dic quod bic nullo caſu dicitur irregularitatem contraxiſſe.

¶De maledicis. Rubrica.

Innotuit. Nobis depreſſionẽ(ex ꝓtinacia.) x.q.j.ſi quis ſa.ſi autẽ ex temeritate veniã meret.ij.q.iij.ſi quis iratus.ꝛ.§.notãdũ. C.de iureiur.l.ij.qð aũt ſit ex inſania miſeratione dignũ eſt. C.ſi quis impe.male.l.j.ſed qui dicit ꝙ ex leuitate dixit boc ꝓbare dꝫ.C.de iureiu.ſi ſine ꝛ. ¶†(Beneficij) dicebat eñ ꝙ papa multa faciebat de quibus nullã poteſtatẽ babebat. Itẽ dicebat ꝙ pſmile.ꝛ beneficia quibus domin⁹ muniuerat ꝛ decorauerat eccleſiã romanã non erat digna ro.ecc.babere vel ꝙ non diſpenſabat ecc.ro.ſua beneficia per ſubiectas eccleſias.

a **Statuimus.**

¶De clerico excõicato depoſito miniſtrante. Rubri.

b **Si quis** epiſcopus(iuſte) idẽ ſi iniuſte(abſcindatur).i.excõmunicetur.

Si quis preſbyter (interdicto) ſacerdos enim depoſitus cõſiſtit in modũ eñ priuati ſuffragii põt.xxviij.diſt.preſbyterum.x.q.iij.ſi quis epꝯ (excõicatum) minori excõicatione.xj.q.iij.cũ excõicato (obſeruandus) vt ſi quis eis cõtemnentibus ſeruare excõicationẽ cõicauerit ſit excõicatus minori excõicatione.

c **Clerici.**

Latores preſentiũ(ſi.xl.) idcirco prefigitur bic iſte numerus: qꝛ ſi plures eſſent ꝛ oẽs perpetuo ſuſpenderent forte nimiã penuriã clericorũ pateret illa eccleſia penuria etiã iuſta cauſa diſpenſandi eſt.lv.di.priſcis ꝛ ſic quilibet prelatus nõ ſemper quadragenarium ſed aliũ idoneũ numerũ taxabit arbi.boni viri babito reſpectu vbi plures vel pauciores ſunt clerici vel dic bic diſpẽſari.ſ.bũc numerũ ꝓpter ſcãdalum timorẽ propter quẽ ſepe omittitur rigor iuris.l.diſt.vt conſti.j.q.vij.quoties ꝙ intelligo verum vbi delinquentes nõ defendunt ſe autoritate.ſi autẽ defendunt ſe autoritate beretici:puta qꝛ licitum diceret eſſe ſoluere interdictũ ꝛ celebrare tũc nõ dormiet ſeueritas ꝓpter multitudinẽ.l.di.dño.lxxxij.di.plurimos.de pe.di.vj.c.j.ſ.de ex.prela.inter dilectos.in ſi.ꝛ boc appello multitudinem vbi ſcandalum timetur.ſi enim nõ timeretur ſcandalum propter multitudinẽ nõ eſſet a cõmuni iure recedendum.xxxij.q.v.c.ita ne.de pe.diſ.vj.c.qui vult.(ad tẽpus) in aliis aũt etiã poſt tẽpus poterit diſpenſare de ſpeciali autoritate pape ꝛ non aliter.xj.q.iij.ſi quis epiſcopus.

Illud dño(exceſſum) tam de trãſlatione ꝙ de celebratione poſt excõicationẽ (ordinarius) vere nec ordinarius nec dele.dꝫ procedere ad excõmunicationẽ niſi monitione premiſſa.xxiiij.qð.iij.de illici.ſ.de ſen.ex.ſacro.ſed tñ laea tenet ille eñ qui neſciuit eũ dele.iuſtã babuit excuſationem lz tutius fuerit ſeruare ſententiam excõmunicationis(in boc) ſi probabiliter ignorabat.alias ſecus.ẽ.de poſtu.ad boc(vitare) cõmunionem fidelium. arg.quod excõmunicatus debet vitare cõmunionem bominum.

f **Fraternitati.**

Poſtulaſtis. (diſpenſatum) cum papa nõ retineat diſpenſationem ſibi epꝯ diſpenſare põt.ſ.de ſen.ex.nuper(ꝓpter boc) qꝛ celebrant in locis interdictis(innodati) ſentẽtiam in eos ſpecialiter latam non ipſo iure (talia) ſcꝫ celebrare in eccleſiis interdictis ex quo propter boc ſunt excõicati nos dicimus idem ſiue propter boc ſint excõicati ſiue non.nam ex quo celebrant in loco interdicto banc penam ſubeunt.

Propoſuit. (per teſtes) not.ſimul ab vtraqꝫ parte teſtes produci.ẽ.de te.cum tu.ẽ.de preſcrip.illud(eos).ſ.Burgen. clericos et fautores(communicauit) inſufficiens fuit bec exce.ſed eſt preſumptio.xciij.diſtinctione ſi inimicus.xj.queſtione.iij.quibus epi

bus ep̄i. Itē ea rōne q̄ forma in abſolutiōe ſeruāda eſt. ⁊ ideo non
videt̄ ſufficere cōicatio etiā p̄lati. ſ. de ſen. ex. cū deſideres aliī dicūt
q̄ ex quo aliq̄s hȝ pro abſoluto ⁊ maxime ab excōicatore ſine ali-
qua ꝓbatione ſufficit ei lȝ cōſtet eū aliqñ fuiſſe excōicatū niſi pro-
betur al's eū adhuc excōicatū eſſe (de abſolutione) burgentiū cleri
corum ⁊ fautoꝝ. ¶ † (Per diffinitiuā) no. nō ſufficere ꝓbare ali-
quē excōicatū fuiſſe niſi ꝓbet q̄ tp̄e electionis haberet̄ pro excōi-
cato. ſed certe hoc eſt ea rōne: q̄ ſic dederat articulū quē ꝓbare vo
lebat ſup eo tñ nō depoſuerūt teſtes ſed ſup eo tñ q̄ fuerat excōi-
catus ſuper quo nō valent depoſitiones tanq̄ nō iuratoꝝ. ſ. de te
ſtibus. Uel dic melius q̄ȝ nunq̄ ꝓbauit eū aliqñ fuiſſe excōicatū
nec cōfeſſio ſua p̄iudicabat ſibi cū nō fuerit cōfeſſus q̄ eis fauo-
rem preſtiterit vel q̄ȝ nominatim in eū excōicationis ſnīa lata ſit.
⁊ bene dicimus q̄ȝ ſi aliquis cōtra aduerſariū ſuū exciperet tu nō
debes audiri. q̄ tu es excōicatus: vel q̄ ſnīa excōicatiōis in te lata
fuit a qua nō es abſolutus ſi eū probauerit fuiſſe excōicatum aliqñ
ſemper tanq̄ excōicatus repellit̄ niſi ꝓbauerit ſe eſſe abſolutum.
Nec eſt hoc ɔ̄triū q̄ no. ſ. de accu. ſuper his. vbi dixi q̄ ſi quis ob
iecerit aliī tu non potes agere. q̄ in te fuit ſententia lata q̄ niſi ſol-
ueres. ſ. x. dies q̄ȝ eſſes excōicatus. nam tunc nō ſufficit ꝓbare q̄ ta
lis ſententia lata ſit niſi probet q̄ȝ ad diē nō ſoluit. ⁊ eſt rō diuerſi-
tatis. q̄ in primo caſu cōſtat eum fuiſſe ligatū cum ſententia pure
lata fuerit in ſecundo aūt caſu: q̄ ſententia nō pure ſed ſub condi-
tione lata fuit nō conſtat eum eſſe excōmunicatum. niſi probetur
excōmunicatio ⁊ conditio.

A Poſto. ſe. (Suſpēſionis) ab of. (ignari) igno-
rantes in vos latam ſuſpēſionis ſen-
tentiam de facti ignorantia.

1 ☞ Cōmunicans excōmunicato an ſemper incurrat irregularitatē.
⁊ in nu. 6. ⁊ 7.
2 Excōmunicatus minori excōmunicatione ſiue ab homine ſiue a
canone ſemper eſt irregularis ſi celebrat.
3 Suſpenſus a canone dicitur ſuſpenſus a deo.
4 Bonus vel malus quādiu toleratur ab eccleſia contrahit matri-
monium ſpirituale.
5 Elec. dicitur nulla vbi quis ſcienter eligit indignum

1 S I celebret. (Peccet) q̄ eſt i mortali pctō.
ɔ̄. q̄ me. c. ſacris vbi ſuſpenſ⁹ eſt
quo ad ſe. ſ. q̄ȝ. ſ. ſacerdo. ¶ † (Irregularitatis) quo ad
hoc vt ſi medio tp̄e celebrauerit. ſ. poſtq̄ cōicauit excōi
cato nō poſſit vlterius celebrare ſine diſpenſatione pape. xi. q. iii. ſi
quis p̄ſbyter. ⁊ c. ſeq. ⁊ idē q̄ hic dr̄ de iſtis cōicantibus excōicato
idē dicendū eſt in notorio fornicatore ⁊ in ſimoniaco ⁊ aliis oībus
ſuſpēſis a iure cū ⁊ hi ſuſpēſi fuerint de iure a quibus hec decr. lo-
quit̄. xi. q. iii. cū ex. ⁊ c. ſe. ⁊ vbi eſt eadē rō dȝ eſſe idē ius in ſuſpēſis
ab hoīe ſecus dicendū eſt: q̄ ſi celebrarēt p̄dicte irregularitatis no
tā incurrēt. xi. q. iii. ſi q̄s p̄ſbyter. ⁊ c. ſe. aliī tñ dicūt hos. ſ. cōicātes
cū excōicatis. ⁊ illos qui p ſaltū ꝓmouent̄. lii. di. c. ſ. eſſe ſuſpēden-
dos ⁊ nō eſſe ſuſpēſos a iure ſed tñ ꝓpter peccatū ꝓhiberi a ſacra
mentis. ⁊ hoc verius dr̄: q̄ ſi iure ſuſpēſi eſſent celebrādo fierēt irre-
gulares. ⁊ facit ad hoc bene. ɔ̄. de re iu. cū eterni. ſ. de ſen. ex. cū me.
tñ aliī aliter dixerūt. ɔ̄. de coha. cle. ſicut ad idē de ſenten. exc. ſolet.
2 ¶ † (Irregularitatis) quidā ſup hac materia dicūt ⁊ vt videt̄ me
lius q̄ȝ q̄ñtūcūq̄ ſit excōicat⁹ minori excōi. ſiue ab hoīe ſiue a cañ.
ſemp eſt irregularis ſi celebrat. xi. q. iii. ſi quis p̄ſbyter. ⁊ c. ſe. in ſu-
ſpenſis aūt diſtinguūt quidā. q̄ q̄ñtūcūq̄ quis ſuſpendit̄ a iudice
ſiue ad certū dīē ſiue quouſq̄ peniteat ſemp ſi celebrat eſt irregula-
ris. hmōi enim ſuſpenſi nunq̄ debent celebrare niſi prius ſententia-
liter abſoluantur per iudicē ſicut ſnāliter ſunt ſuſpēſi. aliqui tñ di
cunt ɔ̄tra in vl. caſu. ſcȝ qñ ſuſpenſus eſt quouſq̄ peniteat. ſed cer
te pro primis facit multū. xi. q. v. p̄ſbyter. vbi dicit̄ de tali q̄ ad ar-
bitrium ſuſpendentis ſatiſfacere dȝ ⁊ hmōi ſi celebrant ante abſo-
lutionē ſunt irregulares. xi. q. iii. ſi quis p̄ſ. ⁊ c. ſe. ɔ̄. de exceſ. apo-
ſtolice. in ſuſpenſis aūt a deo quales ſunt oēs peccatores qui indi-
gne corpus dei ſumunt ⁊ iudiciū ſibi man. ⁊ bibunt. Dic q̄ nūq̄
ſunt irregulares ſi celebrant niſi in criminalibus criminib⁹. vt ho-
mi. ⁊ ſimonia de quibus no. ɔ̄. de renū. niſi. §. ſ. ⁊ de tēp. or. queſitū.
hi eīm ⁊ ſi peccent nūq̄ tñ in cañ. reperit̄ q̄ celebrādo ſiant irregu-
lares: q̄ irregularitas de cañ. tñ iure ītroducta eſt: vt no. ɔ̄. de renū.
niſi. §. iii. ⁊ de hac ſuſpēſiōe vl' minori ex. hñ diſtīguit̄. xi. q. iii. audi.
in ſuſpenſis a cano. propter crimen videt̄ q̄ȝ ſīnt irregulares ſi cele
brant. ɔ̄. de re iu. cū eterni. ſ. de ſen. ex. cū medi. ſed cōtra nōne excōi
cati minori excōi. ſunt ſuſpēſi a cañ. xi. q. iii. excōicatos. tñ nō ſunt
irregulares ſi celebrant: vt hic ſo. excōicatus minori excō. eſt princi
paliter ſuſpēſus a deo ⁊ nō a cañ. niſi p approbationē q̄ȝ ex eo ap-
paret q̄ quādo vult penitere abſoluit̄ a quocūq̄ cōfeſſore ⁊ ſta-
tim pōt celebrare. ſ. de ſen. ex. nuper in ſi. ſed ſec⁹ eſt in ſuſpē. a cañ.
q̄ ipſi q̄ñtūcūq̄ peniteant ante tēpus ſuſpenſionis finitū celebrare
3 nō poſſunt: vt preallē. decre. cū eterni ⁊ cū medi. ¶ † Sed oppono
q̄ in excōicatione minori aliquid adiectū eſt a cañ. q̄ in abſolutio
ne eſt neceſſaria aliqua ſolēnitas. ſ. de ſen. ex. nup. ⁊ c. vob⁹. Rñ.
q̄ȝ talis adiectio facta a cañ. que eſt tantū in ſolēnitate nō immu-
tat ſtatum ſuſpēſionis vel minoris excō. ⁊ ideo nō eſt dicēda ſnīa
cañ. ꝓpꝛie ſed dei tñ. itē nō dicimus ſnīam vel ſuſpenſionem cañ.
ꝓpꝛie ſed dei qñ dicit. ſit ſuſpēſus quouſq̄ ſatiſfaciat vel peniteat.
⁊ ideo ſtatim poſt penitentiā legitimā celebrare pōt. ⁊ etiā ſi ante
celebrat non eſt irregularis. ɔ̄. de coha. cle. ſicut vbi no. de notorio
aūt fornicatore dicunt quidā quod non eſt ſuſpēſus principaliter
a cañ. ſed a deo ſed ex eo apparet q̄ q̄ñcito penitet licite celebrat. ɔ̄.
de coha. cle. c. queſitum licet per cañ. in odiū criminis aliquid ad-
iectum ſit quo ad euitationē eorum. ɔ̄. eo. tua. xxxii. di. nullus. ⁊ §.
verū ſed certe quam cito penituerit ⁊ huius ſacerdotis officia ſunt
audienda ſi aūt nō ſunt ſuſpenſi a cañ. propter crimen. ſed propter
aliquem defectum vt illegitimi ⁊ corpore vitiati non incurrūt no
uam irregularitatem ſi ante diſpenſationē celebrant ⁊ hoc ſeruat
eccleſia ro. q̄ qñ diſpenſat cū talibus ſimpliciter diſpēſat ſuper de
fectu ⁊ nō ſuper irregularitate quā cōtraxit ex celebratiōe ante di-
ſpenſationem. lvi. di. apoſtolica. ⁊ no. ɔ̄. de ſi. preſby. veniēs. ⁊ c. per
venit ⁊ idem eſt ſi ſuſpēſi ſunt a cañ. nō propter crimē ſed propter
infamiam. ſicut ſunt illi quoꝝ crimina ſunt notoria. qui etiā poſt
penitentiam prohibentur celebrare propter ſcandalum ⁊ infamiā
§. de coha. cle. queſitum ⁊ tñ ſi ante diſpenſationem celebrant nō
credo q̄ cōtrahant nouā irregularitatem: q̄ hoc in iure nō inue-
nitur ſuſpenſi autem a confeſſoribus nunq̄ ſiunt irregulares ſi ce
lebrant ante reconciliationem: q̄ hoc nec iure cauet̄. ar. xi. q. iii. §.
☞ euidenter. ⁊ habes de hac ſuſpenſione. xxvi. q̄ȝ. v. per to. ¶ † (Eli-
gunt) no. excōicatos minori excōi. non eſſe interdictos nec ſuſpen-
ſos a iure. q̄ ſic eligere non poſſent. ɔ̄. de ɔ̄ſue. cum dile. aliī dicunt
eos ſuſpenſos a iure (iuriſdi.) ea autem que pertinent ratione offi
cii non poteſt facere ſine peccato. ſed ſi facit conferret executionē.
vt hic (ſcienter). ſ. q̄ȝ ſciat ſe excōmunicatum minori puta: q̄ ſciē-
ter participauit excommunicatis (irritanda) repete que dixi. ɔ̄. de
☞ ele. illa. ¶ † (Irritanda) niſi egerit penitentiā ſaltem tēpore quo
petitur caſſari ele. nam tunc ſec⁹ vt no. ɔ̄. de elec. eccleſia veſtra. vel
etiā ſi tunc poſt ele. peniteat non minus eius caſſabitur ele. q̄ pe-
nitentia preſumitur ficta: vt no. ɔ̄. de ele. dudum vel dic q̄ȝ penitē-
tia p̄ſumitur lȝ egerit penitentiā tñ eligi nō pōt ꝓpter ſnīam iuris
q̄ȝ priuatus eſt a cōione ſacramentoꝝ niſi primo abſoluatur. ſ. de
ſen. excō. nuper in ſi vbi no. in aliis aūt criminoſis: q̄ a iure poſiti
uo non ſunt priuati eccleſiaſticis ſacramētis. lȝ a deo ſint priuati
aliud dicendū eſt. ſ. q̄ȝ eligibiles ſunt acta penitētia ſine abſolutio
ne. ⁊ dicunt quidā acta penitētia: vñ poſtea acta penitētia licite tē
4 nent dignitatē. plus placet q̄ȝ non ſunt ſuſpēſi ipſo iure. † Aliī di-
cunt ⁊ vt vr̄ melius q̄ȝ ſiue bonus ſiue malus etiā hereticus vel ex-
cōmunicatus dū toleratur ab eccleſia per ele. ⁊ cōfirmationē etiā
ſi ſiat a peccatoribus etiā ab hereticis vel excōicatis dūmodo tole
rantur bene ɔ̄hit in hmōi matrimonio ſpirituali quouſq̄ ſeparē-
tur palee a granis. ad hoc de cō. di. iiii. cū baptizatur: q̄ iſte ſpon-
ſus nō eſt ſpōſ⁹ niſi in miniſterio verbū enim ſpōſus ⁊ vir eccle ⁊
ſpūalium eccleſiarū. ⁊ etiā cuius anime eſt ſolus Chriſtus. vñ apo
ſtolus deſpondi enim vos vni viro virginē caſtam exhibere Chri-
ſto. xxvi. di. acutius. ⁊ pſal. tanq̄ ſpōſus procedens de tha. ſuo ⁊ in
euange. ⁊ qui hȝ ſpōſam amicus ſponſi eſt. amicus aūt ſponſi ſtat
⁊ audit ⁊ gaudio gaudet ꝓpter vocē ſpōſi. Item iſte miniſter al's
ſponſus nō grauat filios niſi in miniſterio vnde ap̄ls ego plātaui
apollo rigauit. dñs autē incrementū dedit. de cō. di. iiii. aliud in ſi.
5 ⁊. i. q. i. ſi fuerit. Item baptizat ſeruus hic. ⁊c. ¶ † Itē non horreat
columba miniſterium malorum. xxx. di. ad hoc eſt ſub. §. verū nec
eſt cōtra q̄ no. ɔ̄. de ele. cōſiderauimus. ſ. q̄ elec. eſt nulla vbi quis
ſcienter indignū eligit. illud enim ſicut ſtatutū eſt de iure poſitiuo
vt tali electione nō obſtante nullus obiectus teneat ele. ab aliis fa-
a cta fatemur tamen q̄ iure naturali tenet^a ele. imo plus q̄ talis ele
ctio que nulla cenſetur de iure poſitiuo ſi quo ad alia cōfirmetur
per ſuperiorem erit verus prelatus in miniſterio ⁊ tenebunt q̄ fece
rit tam in tēporalibus q̄ in ſpiritualibus. ⁊ tñ dicimus q̄ȝ etiam
poſt talē cōfirmationē tȝ electio facta ab illis qui nō peccauerant
⁊ ad quos erat eligēdi deuoluta poteſtas. vt no. ſ. de exceſ. p̄la. inter
⁊ tñ ſuperior cōfirmet ele. huiuſmodi nō vocato illo cuius ele. nō
tenebat ⁊ nō tenet hmōi cōfirmatio: lȝ eīm teneat confirmatio ſine
cauſe cognitione facta vbi nullus eſt ɔ̄dictor: vel etiam vbi nullus
eſt in poſſeſſione. vel nullus eſt cōfirmatus. tamen vbi aliquod ho
rum interuenerit non valet confirmatio. ɔ̄. de ele. dudum eo. ⁊ C.
ſi per vim vel alio mo. l. ſi. ɔ̄. de ele. trāmiſſam: ⁊ idē forte eſt ſi alius
ſolūmodo eſt electus. tñ cōtra nos. ɔ̄. de ele. dudū ro. ſufficit q̄ ele-
ctores cōpareant. hoc tñ ſatis dici pōt q̄ȝ nō tȝ cōfirmatio electio
nis l contradictione niſi citatis partibus vel a iure vel ab homi-
ne rōne diuerſitatis: q̄ electores vtunt̄ iure priuato ⁊ ideo nullus
ordinem ſeruare debent. ſecus aūt eſt in confirmatore qui vice iu-
dicis fungitur. ¶ (Ad ſuſceptionem) corporis ⁊ ſanguinis dñi et
aliorū ſacramētoꝝ. cū ergo quilibet clericus tā in dignitate q̄ ex-
tra cōſtitutus tā in minoribus q̄ in maioribus ordinibus cōſtitu
tus ad hoc teneat̄ ⁊ excōicatus minori excō. hoc non poſſit. nec ad
dignitatem niſi ad clericatū eligi poterit (virtutis) id eſt executio-
nis gratie collationem. habebat enim executionem qui tales ordi

a ¶ Q̄ȝ iure na
turali tȝ. adde
eūdē inno. in
c. q̄ ꝓpter. ɔ̄.
de ele. ad hoc
dcm̄ inno. fa-
cit feſtū abb.
in. c. i. ɔ̄. de re-
ſti. in integ. re
fert etiā verū-
q̄ dcm̄ fely. in
c. i. col. x. in ſi.
⁊ col. ſeq. ɔ̄. de
conſti.

6 nes recepit.¶†(Collatione)mirũ videt̃ ꝙ hic dr qđ cõicantes ex
cõmunicatis qui ſuſpẽſi ſunt a participatione ſacramentoꝝ ſaltez
ꝓpter peccatũ.xi.q.iii.cũ excõ.nõ ſunt priuati collatione ſacramẽ
toꝝ cũ eis nõ liceat ſacra contingere ex quo peccatores ſunt.lxxxi.
di.miniſteriũ.⁊ maxime cũ ſacramẽtis quib⁹ cõfertur executio.vt
ordines ſine miſſa ɔferri nõ debẽt.lxxv.di.c.j.⁊.c.ꝙ a ⁊.c.ſe. Rñ.ꝙ
peccat cõferẽdo ſacr̃a.vt hic.ſ.q.j.oĩa.lxxxi.di.ſi qui ſunt miniſtri.
⁊ melius.xv.di.illud non illa de quibus expreſſum habes. xxxii.di.
§.verũ.⁊ expone literã nõ vr̃ remotus a collatione ſacꝛoꝝ.i.ꝙ col
lata ab eo ſacr̃a nõ recipiant̃ a ſubditis.ſed a participatione ⁊ per
ceptione q̃ eã tãgit ⁊ cõmaculat.alij dixerũt qđ lꝫ ſacerdos peccet
7 celebrãdo miſſam nõ tñ peccat cõferẽdo ſacr̃a.¶†(Jn ɔtemptũ)
ille enĩ qui pertinaciter cõicat excõicatis ſi cõtra ꝓhibitionẽ ⁊ in
terdictũ ſuperioris nõ cõfert executionẽ hoc nõ eſt verũ ſicut hic
apparet nec trãſit excõicatio ad tertiã pſonã.xi.q.iii.qm̃ multos
intellige igitur hoc qñ ſuperior expreſſim interdixit cõicantes ex
cõmunicatis:qꝛ tunc nõ poſſet facere executionem cum ſint ſuſpẽ
ſi.vt no.ĩ.c.j.(ferendus)per ſententiam.

¶De clerico non ordinato miniſtrante. Rubrica.

a **J quis** baptizauerit(niſi in neceſſitate)xxx.q.j.ad limina.

Ex literis. (ei)tanꝙ̃ ſacerdoti(miſſarum)hoc nõ conficit . lxviii.di.preſbyteri.j.q.vii.daibertũ de beneficio aũt no.ꝙ quaſi ſemper in beneficio licet diſpenſare epiſcopo.nam diſpenſat cũ non ordinato celebrante:vt hic ⁊ cum homicida.ĩ.de cle.pug.in duel.c.ij. l.diſtin.ſtudeat.

¶De clerico per ſaltum promoto. Rubrica.

b **Ue litere.**

c **Ontinebant.** (pretermiſſo) liiij.diſtin.c.j.

¶De eo qui furtiue ordines recepit. Rubrica.

Eniens. (anathematis)lꝫ per intimationẽ anathematis nõ poſſit cũ tali niſi per papam diſpenſari vt hic tñ eſt excõmunicatus.

Um.h.lator. ¶†(Abbas) no.abbatem diſpẽſare ſimilr̃.ſ.de ſen.ex.cũ illoꝝ.alr̃ enim niſi vbi inuenio expreſſum nõ credo ꝙ abbas archidia.vel alius prelatus ſub ep̃o poſſit diſpenſare minores enim prelati ardua ad ep̃m deferre debent.ĩ.de offi.archi.ad hoc quidã tñ dicũt qđ capitulũ diſpẽſat.ar.ĩ.de preben.non igno.de ſimo.ex.niſi.xvj.q.j.eccleſia.ſed nos non videm⁹ qualiter illa capitula pro eis faciunt.

Jnnotuit nobis. (Licẽtia)⁊ ſuo iure ĩ.c.j.alij ɔ ordinat⁹ aũt a nõ ſuo ep̃o ſuſpenſus eſt vt habes hic de quolibet tñ viro noto ⁊ bone fame qui vbi cõuerſatur habet̃ pro
noto ordinato etiã ſi lõgo tp̃e hactenus ordinatus habit⁹ eſt cre
dam tñ hñ ordinatũ nec cogit̃ aliter ꝓbare.hec enĩ ſunt ſufficiẽtia
argumẽta ſue ordinationis.ar.ĩ.de cle.pere.inter ⁊.c.ſeq.ix.qđ.ij.
Lugdunũ.ſed ſi aliqđ p̃dictoꝝ deficeret nõ ſtarẽ p̃ſumptionib⁹ pre
dictis niſi alr̃ de ſua ordinatione ꝓbaret:vñ etiã vr̃ ꝙ p̃dictis pre
ſumptionibus ſit ſtãdũ:⁊ ſi cõſtet eũ ab alio ep̃o ordinatũ . cũ enĩ
hoc pctm̃ in ſuũ tñ ⁊ nõ alienũ periculũ vergat minus exacte pro
bationes ſufficiũt vt no.ĩ.de cle.pere.c.j.vñ dicũt aliq ⁊ forte non
male ꝙ ſi ep̃s ad quẽ ptinebat eius ordinatio ⁊ cui⁹ iuri detrahit̃
per ipſi⁹ ordinationẽ nollet eũ recipere pro ordinato vel nollet ha
bere pro ordinato ſed pro ſuſpẽſo tãꝙ̃ ordinato a non ſuo ep̃o qđ
bene põt etiã ſi ſit bone fame.⁊ ſi oĩa p̃miſſa interueniũt niſi ꝓbet
ordinat⁹ ꝙ de ſua autoritate fuit ab alio ordinat⁹ alij tñ ɔ dixerũt
⁊ maxime vbi eũ in ſua p̃ſentia admiſit ad ſeruiẽdũ in ordine ſuo.
¶Jn electione aũt ſi cõſtet eã factã p eos ad quos non ſpectat de
iure cõi ſemp ante cõfirmationẽ ⁊ poſt ɔfirmationẽ factã ſine cau
ſe cognitione opꝫ electũ ꝓbare ptãtẽ datã electorib⁹.ĩ.de ap.cõſti
tutus.⁊ idẽ eſt in iudice.qꝛ ſi cõſtet eũ nõ hr̃e iuriſditionẽ ſup liti
gãtes ſemp opꝫ eã ꝓbare iuriſditionẽ quouſqꝫ ſñia trãſeat in rẽ iu
di.idẽ eſſet poſtꝙ̃ ſñia trãſit in rẽ iudi.ſi pars q̃ dicat eos nõ iudi
4 ces nũꝙ̃ cõparuit iuri corã eis.¶Si enĩ ɔparuiſſet corã eis poſt
li.cõteſt.ſi vellet poſtea ei dicere aliqđ ɔ ei⁹ iuriſditionẽ incũberet
ei ꝓbatio.C.de ꝓba.l.ſi.ff.de ꝑcu.põp.§.rati.ſed qđ ſi partes ſint
p̃ſentes ⁊ p̃terierũt has ⁊ ſimiles exceptiões:nec iudex eas mouebit
cũ liceat partib⁹ eas p̃terire.ſed ſi ptes ſint abſẽtes iudex q dꝫ ſup
plere defectũ ptis eas dꝫ ꝓponere.⁊ ſi eas omittat poſt ſñiam cõ
firmatã p ſcdos iudices poterit pars abſẽs ⁊ cõtumax dicere ꝙ pri
mi iudices nõ habuerũt iuriſdictionẽ.alij tñ ɔdicũt ⁊ forte bene.

a ¶Si enĩ.adde ꝙ hoc dictũ di
cit notabile a
lex. de imo.in
l.lꝫ col.ij.C.de
ꝑcu.ver.in gl.
in ver.inuenia
tur . ⁊ ibi illõ
ſequit̃.⁊ ſequi
tur bal.in.l.ge
ſta.in pe.colũ.
C.de re iudi.

b ¶Jtẽ ꝓ eo ꝙ
in ptinẽtibus
ad officiũ iu
dicis ꝓ eo p̃ſu
mat̃ niſi ɔriũ
probet̃. Adde
Pe.de anch.
q hoc refert ⁊
ſequit̃ in cõſi.
lxix.col.ij.ver.
p̃terea inci.cõ
ſil.ɔ donatio
nẽ ⁊ in conſil.
cxxxvj.inci. ex
ɔſiliis.l.ij. co.

c ¶Bene ſcrĩ.
adde Pet.de
anch.in cõſil.
cclxxix.inci.q̃
ſtio ꝓponit̃.

Et hec quidẽ obtinẽt in ꝓbationib⁹ fundamenti.ſ.iuriſditiõis ⁊
ptãtis iudices electoꝝ vel alioꝝ conſimiliũ. Jn ꝓbationibus aũt
q̃ ſiũt in cauſis q̃ ꝓcedũt ordine iudiciario qs ꝓbare dꝫ lõgius tra
ctatus eſt de ꝓbationib⁹ ⁊ de teſtib⁹ ⁊ pluribus aliis locis iuris.⁊
parũ p̃ſumit̃ ꝓ his q̃ ſiũt in iudicio niſi ꝓbent̃.ĩ.de ꝓba. qm̃ niſi
in his q̃ relinquunt̃ ei⁹ arbitrio:vt in dilationib⁹ ⁊ purgationib⁹
vadiis.ff.de iu.deli.l.j.§.ſi.ij.q.vij.ꝑ totũ ſed ⁊ ibi ſi aliqua partiũ
b ꝓbaret malã dilationẽ latã reuocaret̃.ĩ.de dila.c.j.¶Jtẽ pro eo⁹
p̃ſumit̃.lꝫ parũ etiã in iudicio ſup his q̃ pertinent ad eius offm̃ vt
in fructuũ ⁊ impẽſarũ reſtõne inſti.de offi.iu.§.j.⁊ ꝑ totũ.ff.de rei
vẽ.plane ⁊ ſic eſt in multis aliis.ff.de mino.ꝙ ſi minoꝛ.inſti. de le.
§.ſicut.C.de trãſ.age extra iudiciũ aũt ſi aliquis facit q̃ ptineãt ad
c offm̃ ſuũ ſemp p̃ſumant̃ hñ facta^c niſi ꝓbet̃ ɔ ⁊ ſemp eſt obediẽdũ
xj.q.iij.qd ergo.xxiij.qđ.j.q culpat̃.ĩ.de tẽp.or.ad aures.ſ.de pur.
ca.c.ij.ĩ.de offi.or.irrefragabili.in pri.ĩ.de app.ad aꝛam.ff.de iu.
iudiciũ.De ſolẽnitatib⁹ aũt extra iudiciũ inter ptes ⁊ inter alios
ſemp p̃ſumit̃ interueniſſe cõſenſum niſi ɔ ꝓbet̃.C.de ɔhẽ.ſti.l.j.⁊
pe.ſed cũ ſolẽnizat̃ ꝓbatio ꝓcedat tñ ex ꝓbatione vel p̃ſumptiõe
cito p alias ꝓbatiões tollit̃ talis ꝓbatio.ĩ.de p̃ſum. qꝛ veriſimile
⁊ in plurib⁹ alus.c.eiuſdẽ ti.ĩ.de renũ.c.ſup.C.de fideiuſ.l.peñ.ff.
de polli.§.cũqꝫ.ff.de fal.l.pe.C.de fide inſtru.l.ſi.⁊ ex hoc vr̃ ꝙ ſi ali
quis dicit defectũ forte interueniſſe in electionib⁹ : puta ꝙ non ſit
factũ ſcrutiniũ vel collatio habita vel cõtra electio. ipſi opponenti
incũbit ꝓbatio hui⁹ negatiue.¶Et hec vera ſunt niſi vbi ius for
mam dicit ꝓbandã.ſ.de ſen.ex.ſacro.in prin.ĩ.de teſt.in omni:⁊ niſi
ſi ius precipiat interuenire ſcripturã.videt̃ enim ius precepiſſe ꝙ
ſcriptura interueniat vt per eã ꝓbetur ſolennitas.ſ.de ſen.ex.cum
medi.ĩ.de ap.cordi.x.q.ij.hoc ius.§.inter prediũ.⁊.§.ſequẽ. cõtra
has aũt ꝓbationes que ꝓcedunt ex preſum.tñ facile admittit̃ in
ɔtrium ꝓbatio.⁊ etiã iudex de facili inquirit. ¶Jtẽ no.ꝙ ſemper
in iudiciis ⁊ extra opꝫ ꝓbari factũ ſi dicit̃ factũ cõtra ius vel ſi di
cit ſolẽnitatẽ deficere illud ꝓbare dꝫ.ff.de ꝓbat.ad ea:qꝛ oĩa licent
niſi ꝓbent̃ ꝓhibita.xxxj.q.j.c.ſi.ff.de teſti.l.j.§.j.⁊.ff.ex quib.cau.
ma.necnon.§.qui.ff.de ꝓcu.mutuo.§.cum queritur.

¶De exceſſibus prelatorum. Rubrica.

1 ☞ Nunquid ep̃s poſſit ſuſpendere clericos.⁊ vide in nu.2.
2 An ſit neceſſaria monitio in interdicto ⁊ ſuſpenſione.

Eruenit. (Et exactiones.) Dõs aũt exactiones intelligunt̃ illicite niſi a iure cõcedant̃.x.q.iij.qꝛ vel cõſuetudine.ix.q.iij.cõqueſtus vel ſtatuto(charitate)moderatũ autẽ auxiliũ cũ charitate
poſtulare põt.ĩ.de cẽſi.cũ ap̃ſs.⁊ no.ĩ.de his q̃ ſiũt a pre.ſine con
1 ſenſu.ca.quãto.¶†(Suſpẽdere)loquit̃ ep̃o ⁊ hoc eſt verũ qđ ep̃s
nõ põt ſuſpẽdere clericos vel eccl̃ias dicere in perpetuũ vel ad lõ
gum tẽp⁹ multũ ſine cõſenſu capitali.ĩ.de his q̃ ſi. a ma.par.cap.
queſiuit.⁊ hoc maxime obtinet vbi procedit ex officio : forte cõtra
preſentẽ vel abſentẽ.nam tunc eſt cũ maiori maturitate ꝓcedẽdũ
ſed ſi in iudicio quis ſit cõtumax ſolus ep̃s vel qlibet alius iudex
predicta facere põt.ĩ.de offi.dele.ſane.⁊ etiam excõmunicare.ĩ.de
offi.deleg.ex literis.ſed ſi deberet perpetuo ep̃s ſuſpendere aliquez
ab officio ⁊ beneficio etiam in iudicio credimus ꝙ non deberet fa
cere ſine conſenſu capitali : qꝛ magna queſtio eſt hec ſine conſenſu
capituli facere nõ debet.ĩ.de his que ſi.a prela.q̃to. Jtẽ ar.xv.q.
vij.ep̃s.xxxiiij.di.quoꝛũdam.l.di.ſtudeat nullus. Jtẽ qꝛ ſolus ho
mo ⁊c.lxv.di.ep̃s ad ep̃a aũt ſaltem modicũ credimus aliquẽ pre
latum poſſe ſuſpẽdere ſubditum ſine monitione imo ſine cauſe co
gnitione ſi culpa vel delictũ coram iudice ſiat.ar.cõtra.xlv.di.c.j.
2 ff.de penis moris.xxxv.di.c.vlti.¶†Sed oppones mirũ eſt ꝙ ep̃s
non põt ferre ſñiam perpetue ſuſpenſionis ⁊ tamẽ dele.eius poſſit
ĩ.de exc.apoſtolice.Rñ.qđ delegatus perpetuo nõ ſuſpẽdit niſi re
quiſito cõſilio delegantis.ĩ.de offi.deleg.ſi pro debili.ad hoc etiaz
faciunt.c.allegata.quoꝛũdam ſtudeat:⁊ delegans ep̃s cõſilium ca
3 pituli requiret.¶†Jtẽ quidã dicunt neceſſariã eſſe monitionẽ in
interdicto ⁊ ſuſpenſiõe.ĩ.de ap.repre.⁊ pro nulla cauſa poſſe quez
ſuſpendi niſi per cõtumaciã ſicut in excõicatione.in hoc enĩ inter
dictũ ⁊ excõicationẽ cõparat.ar.ĩ.de ap.ad hoc qm̃.⁊ argumẽ.xij.
q.ij.hi qui.ſed certe hoc nõ credimus cũ inueniã ſñiam ſuſpenſio
nis fieri cõtra delinquentẽ etiã nõ cõtumacem.v.q.iiij.in loco.ij.
q.j.nemo ibi enim ponit̃ excõicatio pro ſuſpenſione.ſ.de ſen.excõ.
ſacro.in prin.datur enĩ ibi pena.vñ ſic erit in hac pena vt in aliis
vt ꝓbata culpa vel notoria exiſtẽte imponi poſſit ſine monitione.
